2

Moisrisst

My

Seinem Collegen Herrn Dr. Bender

zu freundlicher Erinnerung

der Verfasser.

QUAESTIONES

DE

ADJECTIVIS GRAECIS, QUAE DICUNTUR, VERBALIBUS.



SCRIPSIT

Dr. *HENRICUS MOISZISSTZIG.*

CONICII.
TYPIS F. F. HARICHII.
MDCCCXLIV.
1844

Seinem Collegen Herrn Dr. Wender

zu freundlicher Erinnerung

der Verfasser

QUAESTIONES

DE

ADJECTIVIS GRAECIS, QUAE DICUNTUR, VERBALIBUS.

SCRIPSIT

DR. *HENRICUS MOISZISSTZIG.*

CONICII.
TYPIS F. F. HARICHII.
MDCCCXLIV.
1844

Εἰ δέ πῃ ἄλλῃ ἔχει, ἕτοιμος ἔγωγε καὶ μανθάνειν καὶ ἀκούειν οὐ μόνον παρὰ Κρατύλου ἀλλὰ καὶ παρ' ἄλλου ὁτουοῦν.

Plat. Cratyl.

Timido certe quisque animo ad studiorum primitias accessit in lucem proferendas, neque me Horatianum illud non exercuit:

nonumque prematur in annum
membranis intus positis. Delere licebit
quod non edideris: nescit vox missa reverti. —

Excitatus autem, quum harum quaestionum fundamenta jeci, a Lobeckio, praeceptore meo pie venerando, operi instare idque postea emittere, incitatus praeterea a Gerlacho, cujus auspiciis docendi tirocinium annuum posui, viro liberalissimo atque eruditissimo optimeque de me merito, coeptum augere, impulsus denique a Brueggemanno, viro doctissimo atque humanissimo, qui hujus urbis gymnasium moderatur, rem non abjicere typisque mandare, haec conata foras dare ausus sum. Fundamenta esse velim hanc commentationem opusculi majoris, quod, si vires non deficiant, neque virorum doctorum judicia de hisce facta duriora sint et acerbiora, post annum apparebit. Plura his etiam deesse, quibus perfecta reddantur, haud abnuimus, sin, rem plus habere operis quam ostentationis, perspexeris, operam a nobis non sine oleo navatam esse infitias non ibis. Acri studio his quaestionibus diu me dedidi, omnibus ex partibus rem pertentavi atque occulta et quasi involuta

aperui, quoad potui non quoad volui, res enim erant, quas ob materiei defectum incultas relinquere coactus eram, quibusque accedere non potuit extrema manus, de quibus si decrevissem, nodum fortasse secuissem non solvissem. —

Multa licentius ficta, neque ad satis firma annisa esse adminicula videbuntur, at haec in iis ponenda, quae propria sunt cujuslibet linguae et consuetudini condonanda. Non instar machinae ceterum lingua est habenda, non externo enim movetur pulsu, sed interno agitur. Connexus ei copulatusque cultus humanus, utrumque it, quo natura fert. Quo majora vitae capit incrementa societas, eo magis in dies linguae copia et ubertas augetur. Fons vivus sub civitatum radicibus profunditur, una cum iis crescit, augescit, viget. — Libere ac solute incedit, et natura ei dextram tetendit, suumque pollicita est praesidium. Quam ob rem neque in claustra compingi, neque repagulis, quae superari nequeant, concludi potest, atque semper in tortores suos vindicavit. Nec tamen est sine lege. —

Ad extremum pro certo exspectare me affirmo, remissuros in hisce judicandis frontem viros doctos, neque rigore et severitate ea esse perstricturos. —

Scripsi Conicii Kal. Mai. MDCCCXLIV.

Adjectivorum, de quibus disputatio instituitur, usus, late in lingua graeca patet, neque formatio eorum, neque motio et vis arctis circumscriptae sunt finibus. Quam ob rem, si res in disceptationem vocatur, plus habet difficultatis in recessu, quam fronte minatur. His accentum partis eorum adjicias diligenter cognoscendum; procul enim, tam firmum et constantem eum esse, ut vulgariter tradunt, putans, a recta via aberrares, et timemus, ne ex contrario vagum paene et instabilem eum existimes, nisi indiscretam adjectivorum farraginem ad obrussam exegeris. Haec in antecessum. —

PARS PRIOR.

Agitur de iis, quae ad formam adjectivorum attinent.

Particula I.

DERIVATIO.

Ex iis, quae *Lobeck.* paral. pag. 446. in medio ponit, et *Matthiaei* et *Buttmanni* sententiam, de hisce adjectivis prolatam, parum firmam, titulumque ipsum huic particulae praefixum, falsum esse, satis colligi licet. Sed lacte alti disciplinae, qua ita loqui consueti sumus, ac si ab altera forma alteram, vicinia quadam inter utramque intercedente, expressam et repetitam putemus, rationem illam ordinis et dispositionis causa retineamus. Hisce vero omnibus remotis, quin etiam formis illis solivagis omissis, ut *λεγνωτὸς* Callimach. h. Dian. 12. Br. Anal. 2, 467. *ἀπεδίλωτος* Callimach. h. Cerer. 125. *πτοιωτὸς* Nicand. Alex. 243. *πτιλωτὸς* Pollux 6, 10. *πηδαλιωτὸς* Aristot. categor. 7. *μορμωτὸς* Lycoph. 342. *ῥαβδωτὸς* Aristot. h. a. 11, 4. Xen. Cyr. 8, 3, 8. *ῥοπαλωτὸς* Dio Cass. 1218, 26. *σαυρωτὸς* Hesych. *σχοινωτὸς* Cosm. Indopl. pag. 140. *ψαμμωτὸς* Sirach 22, 20. *χειριδωτὸς* Herodot. 7, 61. *δακτυ-*

λωτὸς Ion. ap. Athenae. 11, 43. ὀμφαλωτὸς Pherecrat. ap. Athenae. (verborum πεδιλοῦν, λεγνοῦν, πτοιοῦν, πτιλοῦν etc. nulla prorsus exstant vestigia) praecepta a viris doctis proposita claudicant, atque a vero plane sunt aliena, quum exempla inveniantur, quae non Perfecto et Aoriste I., Passivi temporibus, assimilata, sed ad Praesentis, Futuri, Aor. II. Act. aliarumque formarum similitudinem efficta sunt.*)

CAPUT I.

Gregem ducant ea, quae a Perfecto vel ab Aoristo I. Pass. formam et originem traxisse videntur, quorumque mira est fecunditas.

§. 1. *Pura.* λωβητὸς Tryphiod. 21. ἀμφιβόητος Musae. 187. κολλητὸς Nonn. Dionys. 25, 284. πλωτὸς Dionys. Perieg. 1139. ἐξαίρετος Hom. Il. 2, 227. Eurip. Iphig. Taur. 775. Troad. 258. διαίρετος Soph. Trach. 162 etc.

ἄπλετος, ἄπλητος, ἄπλατος (sexcenties apud epicos) ἄπλαστος Hesiod. theog. 151. falsa scriptura) ejusdem esse stirpis, praeter formae similitudinem ex perpetua significationis eorum confusione cernitur. cf. Piers. ad Moer. pag. 25. — πελάζω haud dubie forma paragogica ex πέλω nata, et ex hoc, metathesi ἄπλετος, ex illo, concisione ἄπλατος (ion. ἄπλητος) ortum est. cf Buttm. s. v. πελάζω.

§. 2. *Non pura.* — νεόστρεπτος Nicand. Alex. 299. φρικτὸς Orph. Argon. 465. τυκτὸς Nicand. Ther. 108. Oppian. Cyneg. 4, 107. Nonn. Dionys. 14, 235. χρυσεότευκτος Orph. h. 54, 18. νεότευκτος Hom. Il. 21, 592. (τέτυγμαι, τέτευγμαι, ἐτύχθην ἐτεύχθην) ἐλεόθρεπτος Nicand. Ther. 597. (ἐθρέφθην) εὔστρεπτος Orph. Argon. 236. (ἐστρέφθην) αὐτόῤῥεκτος Oppian. Cyneg. 2, 567. (ῥεχθῆναι) etc.

De γναπτός, significatione: curvatus, quod Manetho Apotelesm. 5, 195. libr. vacill. cf. *Wernicke* ad Tryphiodor. pag. 418. Eadem codicum nutatione Maneth. Apotelesm. 4, 80, 548. 6, 378. θεόλημπτος legitur pro vulgari θεόληπτος. Si forma sana, Perfecto ionico λέλαμφθαι assimilata est, praeterquam quod in Adjectivo Ionismus accuratius est expressus. Ad similitudinem Perfecti illius accurate expressum est ἐπίλαμπτος, quod Herodot. 3, 69. Major autem haesitatio de ἀμαιμάκετος est.

---

*) Nec opinanti mihi, quum jam prelum exspectaret opusculum meum, ab Haubio, bibliothecario nostro, programma Mariae ins. anni MDCCCXXXIX traditum est, cui inest Grossii quaestio, de hac particula partis prioris prima, habita. Jucundum gratumque mihi erat viri docti commentationem multo cum judicio conscriptam meae disputatiunculae comparare, ejusque, quantum fieri potuit, rationem habere. —

Ex iis, quae E. M. 76, 10. affert, nullum prorsus solatium et utilitas capi, sed unice intelligi potest, quantopere grammatici in hoc vocabulo explicando sint discruciati, quantumque trepidaverint. Falsis opinionibus, quas veteres glossographi sparserunt, nostri quoque aevi viri multi abrepti mihi esse videntur. E. M. l. all. haec leguntur: Ὅμηρος, ἰστὸν ἀμαιμάκετον: παρὰ τὸ μῆκος μάκετος· διπλασιασμῷ μαμάκετος· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι μετὰ τοῦ α, ἀμαιμάκετος, ὁ μακρὸς καὶ ὑπερφυής· τὸ δὲ — πνείουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ: — παρὰ τὸ μαιμῶ, μαίμακα. Χίμαιραν ἀμαιμακέτην, ἄμαχον, ἀκαταγώνιστον, φοβερὰν, ἀνυπόστατον· ἢ ἀπροσμάχητον, καὶ μεγάλην: παρὰ τὸ μαιμάω μαιμῶ, τὸ προθυμοῦμαι, μαιμάκετος· ἐξ οὗ τὸ θηλυκὸν μετὰ τοῦ στερητικοῦ α, πρὸς ἣν οὐδεὶς προθυμεῖται μάχεσθαι. ἢ παρὰ τὴν μάχην, ἀμαιμάχητος, καὶ ἀμαιμάκετος, καὶ ἀμαιμακέτη. —

Plane, ut videtur, a μαιμάσσω vox est derivanda, ita ut posita sit pro ἀμαίμακτος (Ζεὺς μαιμάκτης) ε inter stirpem et inclinamentum inserto, ut in δυςδέρκετος, ἀριδείκετος, ἀλάμπετος et similibus. — α autem intensive accipiendum, et quam arctis circumscriptae sint limitibus notiones: magnopere saevientis, potentis, ingentis, vasti, quis est, qui non videat? —

ἀτρύγετος apud epicos vulgatum, adjectivi verbalis formam ementitum tanquam subdititius fetus familiae est submovendum. Idem valet de τηλύγετος. — Derivatio adjectivi ἀφυσγετὸς non satis dilucida et expressa, quin imo dubia relinquenda est. E. M. s. v. ἀφυσγετὸν τὸ ἰλυῶδες καὶ συρφετόν. παρὰ τὸ ἀφύω (ἀφ' οὗ τὸ ἀφύσσω, ὡς ὑλάω ὑλάσσω, ὀδύω ὀδύσσω, τὸ ὀργίζομαι) γίνεται ἀφυγετὸς, ὡς πήσσω παγετός. καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ ἀφυσγετὸς. τὸ ἀφυσσόμενον ὑπὸ τοῦ ῥεύματος. τρέπει γὰρ τὰ δύο σσ εἰς γ· ἢ παρὰ τὸ φεύγω, φυγετὸν, καὶ ἀφυσγετὸν τὸ μὴ ἀποφεῦγον τῇ καταφορᾷ τοῦ ῥεύματος. — ἀφυσγετὸς et ἀφύσσειν cognatione inter se contineri, ex significatione patet. — ἀφυσγετὸν νέκταρ Nicand. Alex. 584. non ut Schneider. vult „vinum multum" vertendum, sed „vinum omni sorde liberatum", et potestas, qua vox apud Homerum, substantivi naturam induens, legitur, „limus" nihil aliud est, nisi: „a fluvio secretum." Ex eodem fonte manavit ἀφύξιμος Nicand. Ther. 603. (τρὶς ἀφύξιμον οἴνην) ter despumatum i. e. repurgatum vinum; sin verbum a φεύγω repetas, ut idem valeat, quod μόνιμος, ut nonnulli volunt, sub verbis allatis quae sit subjicienda sententia, non intelligo. — Tamen vero rationem et viam, qua ortum putat vocabulum etymologus, nunquam probabo, quamvis alia non praesto sit, nam ante omnia ἀφύσσω et πήσσω comparari nequeunt, et σ insertum nulla analogia munitum. —

Mirum et insigne literae dentalis exterminatae exemplum θαυματὸς praebet, pro θαυμαστὸς h. Hom. Bacch. 34. Mercur. 80. 440. Hesiod. Scut. 165. Huic Ilgenius

doctissimus alterum ex propria officina proditum, subjunxit: ἄφρατος h. Hom. Mercur. 80, ubi omnes libri ἄφραστος, quod Gross. sine locis repetit. Ejusdem explicationi vocis θαυματὸς adstipulari non possumus.

Vocem ἑφθὸς, de qua Buttm. §. 22. adnot. 2. non satis firmatam profert explicationem, μονῆρες intactam reliqui. Exempla analoga afferri nequeunt, quod et ἕψω, unde repetendum est, μονήρεσι adnumerandum. Eustathii opinio ad Od. 4, 66. pag. 146, 9. proposita, ἑφθὸς ductum esse ab ἕπω, et ἑπτὸς in ἑφθὸς mutatum, ne cum numero septenario confundatur, quam Gross. immeritissimo collaudat, minime probabilis est, nam ἕπω nunquam coquendi vi legitur. Nihil stabilitatis habet Grossii comparatio adjectivi cum ἀγαθὸς, quod, ut simile tenuis in aspiratam conversae exemplum afferat, Eustathii verba repetens, ex ἀγατὸς, ἀγαστὸς ortum vult. Maximum enim discrimen est inter utrumque adjectivum, et equidem omnino sententiae, qua alibi Eustath. utitur, indulgeo, ἀγαθὸς originem traxisse ab ἄγαν. —

CAPUT II.

Non tam proclivi lapsu ejusmodi adjectiva profluunt, quae ad aliorum temporum normam sunt efformata, et compressius de hac re licet dicere, quod ab Grossio satis est pertractata. —

In similitudinem Aoristi II. incurrunt: νήγρετος Tryphiod. 368. Hom. Od. 13, 80. Mosch. 3, 11. etc (ἠγρόμην) nisi trajectione ortum velis. ἄσχετος Oppian. Cyneg. 2, 60. 4, 176. ἀάσχετος Hom. Il. 24, 708. ἄνσχετος Bion. 1, 40. Hom. Od. 2, 53. ἀνασχετὸς Orph. lith. 15, 37. Eurip. Hipp. 332. frgm. Dict. XVI. Soph. Trach. 734. περίσχετος Oppian. hal. 4, 146. (ἐσχόμην). ἄσπετος sexcenties; ab Aor. epico ἔσπον pro εἶπον, cujus exstat Imperativus ἔσπετε. — etc.

Praesente tanquam duce sunt usa: ἀχύνετος Nicand. Alex. 174. (χύνω) παριτὸς Callimach. h. lavacr. Pallad. 90. ἐξιτὸν Hesiod. Theog. 732. quod Buttm. unicum habet exemplum, in quo adj. verb. ἰτὸς cernatur. ἰτέος Plat. Phaedr. 29, 41. de legg. 1, 11. et διιτέος de republ. 8, 2, 545. Plenioris formae ἰτητέος apud Aristoph. Nub. 131. Xenoph. Memorab. 1, 1, 14. ἐξιτητέος. In substantivi vim abiit ἀετός Aesch. Pers. 203. ab ἄημι (ἄετον, ἄετε) ἀτὸς et cum α privativo ἄατος, ἆτος Hom. Il. 5, 388. 836. verbi formae ἄω est attribuendum. — etc.

Exempla, quae sibi ad imitandum sumsere Futurum: οἰστέος Soph. Antig. 310. ἀνοιστέος ibid. 272. ἀπροσοιστέος Aesch. Pers. 89. δύσοιστος Aesch. Choeph. 741 etc. et συνεστέος Plat. Protag. pag. 313. etc. De formis αὐτάγρετος, παλινάγρετος cf. Buttm. lexil. 1, 33. —

Particula II.

Plura sunt, et quidem graviora, quae hic in censum veniunt; adjectiva dico, quae inter stirpem et inclinamentum nunc σ inserunt, nunc literam negligunt.*) Lumen quidem rei afferri conati sunt viri docti, sed opiniones eorum praesidio non satis esse firmatas, si propius ad eas accesseris, statim tibi liquebit. — Vossius ad Arat. Phaen. 359. *πολύκλαυστος* scripturae mendo ex *πολύκλαυτος*, quam formam poeticam vocat antiquiorem, ortum, atque *ἄκλαυστος* eandem ob causam ex Homero removendum esse docet. Temere ac fortuitu, arbitror, a viro clarissimo et doctissimo, dictum, nulla enim est ratio, attentare vocabulum analogiae conveniens, exemplisque satis contestatum. *ἄκλαυστος* Hom. Il. 22, 386. scriptura est vulgata, et postea demum auctoritate codd. Lips. Vrat. etc. *ἄκλαυτος* repositum, sed eodem jure *πυρίκαυστος* quoque expellendum esset, quod Hom. Il. 13, 564. sine ulla librorum discrepantia legitur. Codicum autem nitamur fide, opus est, qui si inter se dimicent, liberum est, fateor, in quam quisque descendere velit partem, sin omnes uno ore consentiant, nunquam, nisi argumenta gravissima et potentissima mutationem extorqueant, ab iis devertendum. — Heynius doctissimus, ad locum, de quo quaestio est: „scilicet emollitum videtur id, quod vulgo durius ad aurem — *αυστ*" — Huic causae nihil fere addere possumus, inter omnes enim constat, quid quantumve nos de soni suavis et grati regulis linguae tot saecula jam abolitae decernere possimus. — Hermannus praeterea, formis sigmatismo implicitis, potentialem, σ carentibus, passivum inesse significatum censet. Sententia duobus vel tribus exemplis fulta, sexcentis refutatur, et vir summus ipse, in verba sua leviter fortasse effusa, profecto non juraret. Fieri quidem potuit, ut Graeci ab eadem radice duos elicuerint surculos, modo soni variandi, modo significationis causa, sed quae diximus, ex paulo infra sequentibus, satis intellectum iri putamus. Clarior ceterum foret res, si nobis ad illibatas antiquitatis copias aditus pateret. — Ilgenius, vir celeberrimus, rem extremis modo tetigit digitis ad h. Hom. Mercur. 80. et Apoll. Pyth. 337. — *ἄφραστος, ἄφρατος*

---

*) De industria adjectiva relinquimus, quorum formae sigmatismo percussae solae increbruerunt, aut Perf. et Aor. I. Pass. aut Aor. I. solo speciem sigmaticam prae se ferentibus e. g. *ἄσβεστος* (*ἔσβεσμαι ἐσβέσθην*) *ἀπόπτυστος* (*ἔπτυσμαι ἐπτύσθην*) *ἀκουστὸς* (*ἤκουσμαι ἠκούσθην*) *ἄθραυστος* (*τέθραυσμαι ἐτραύσθην*) *ἐπίσπαστος* (*ἔσπασμαι ἐσπάσθην*) *αὐτοκύλιστος* (*κεκύλισμαι ἐκυλίσθην*) *πολύμνηστος* (*ἐμνήσθην μέμνημαι*) *ἀνώϊστος* (*ὠΐσθην*) etc. — Haec enim sunt ad analogiam concinna. —

(cf. I, 1, 1, 2.) *θαυμαστὸς θαυματὸς, ἀδάμαστος ἀδάματος*, cum *γνωστὸς γνωτὸς, ἐραστὸς ἐρατὸς* comparat, eandemque sigmatismi causam esse constituit. Eandem viam ingressus est Heinrich. ad Musae. 236. —

Ante omnia, adjectiva, quorum paenultima brevis, ab iis sunt internoscenda, quorum ultimae proxima longa est. Illorum sigmatismi saepe metrum est causa, horum autem utriusque formae promiscuus, ut videtur, apud Graecos erat usus, et licentia caeco impetu huc atque illuc versabat. Maxime illud ex eo cernitur, quod formae apud eundem scriptorem, nullo observabili discrimine, alternant, nisi libris fallimur, qui non solum in his adjectivis, sed etiam in sigmatismo temporum, quibus assimilantur, magnopere inter se dissident. —

CAPUT I.

Ad partes vocemus ea, quorum ultimae proxima longa est.

(*κέκλαυμαι* et *κέκλαυσμαι*) *κλαυτὸν δ' ἀρτιτρόποις, ὠμοδρόπων — νομίμων προπάροιθεν διαμεῖψαι — δωμάτων στυγερὰν ὁδὸν.* Aesch. Sept. 323. miserabile nubilibus est, nuptias morte commutare. — *οὐ κλαυτὰ δ' ἐστὶν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα* Soph. Oed. Col. 1425. (ll. vacill.) cf. II, 3, 4. — *μαῖα τ' ἐρικλαύστων πολέμων Ἔρις* Oppian. Hal. 2, 668. discordia, bellorum magnopere deploratorum (lacrimarum fontium) mater. — *εἰ καὶ ἐρικλαύτων τῆλ' ἔθανες γονέων* Anal. 3, 102. etiamsi procul a propinquis ejulantibus moriaris. — *μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι — καλλείποιμι θανὼν, ἄλγεα καὶ στεναχάς.* Anal. 1, 65. ne indeplorata sit mors, sed etc. — *Ἀχαίους — ἀκλαύσιους κτερέων νόσφισαν Αἰνεάδαι* ibid. 2, 1. Achaeos indefletos exequiis privarunt. *ἥγε μηδὲ πρὸς θεοὺς — ἔξεστι ἀκλαύστῳ τῆσδ' ἀποστῆναι στέγης* Soph. Elect. 1085. cui non lamentatae domo exire non licet. — *ἐᾶν ἄκλαυστον ἄταφον* Soph. Antig. 29. sign. pass. — *ὤλετ' ἄκλαυστος, ἄϊστος* Aesch. Eumenid. 565. indefletus ignotus periit. — *ὄμμασι ἀκλαύστοισιν ἐπίκλαυσας Ὑμεναίῳ* Nonn. Dionys. 29, 99. oculis non flentibus deplorabat etc. ubi Graefius ex lubidine, ut videtur, *ἀκλαύτοισι* scripsit. — *κεῖται νέκυς ἄκλαυστος* loco ex Hom. jam supra allato: corpus indeploratum jacet; eadem vi autem Od. 11, 54. *σῶμα ἄκλαυτον.* — *οὐκ ἄκλαυτον ἔχων τάφον* Anal. 3, 203. — *ξηροῖς ἀκλαύτοις ὄμμασι* Aesch. Sept. 693. (var. ll.) oculis non flentibus. — *οὐδὲ πένθος ἔλιπ' ἄκλαυτον* Soph. Oed. Col. 1786. (var. ll.) sign. pass. *μύρεσθαι καλὸν υἷα πολυκλαύστοισι ῥεέθροις* Mosch. 3, 74. multum flentibus fluminibus i. e. lacrimarum rivis Thränenfluth. — *θανάτοιο πολυκλαύστοιο δοτεῖραν* Nicand. Alex. 625. multum deploratae (deplorandae) mortis etc. *πολυκλαύστοιο ποταμοῖο* Arat. Phaen. 360. *λύχνοιο πολυκλαύστοιο* Musae. 236.

lucernae multum defletae i. e. quae multas lacrimas ciebat. — κυμαίνουσα πολυκλαύτοισι μερίμναις apud euad. 832. sollicitudinibus agitata acerbis. — ὦ πολύκλαυτε φίλοισι θανών Aesch. Pers. 674. mortue ab amicis multum deplorate. — πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ Anal. 1, 30 et 76. 2, 304. πολυκλαύταν δὲ παρέρπων — στάλαν Anal. 1, 58. πολυκλαύτῳ παρὰ Λήθῃ Nonn. Dionys. 4, 153. sign. pass. — πολυκλαύτοιο λελασμένοι ἰωχμοῖο Quint. Smyrn. 3, 380. proelii multum complorati, obliti. — μαῖα πολυκλαύτοιο τόκου Tryphiod. 390. partus multum deplorati mater. — πολυκλαύτων τ' αἰγείρων Orph. Argon. 956. Gesner. ad h. l.: „sed variatur, inquit, ab ipsis, credo, auctoribus, orthographia verbalium a κλαίω." — τύμβον ἐς ἀμφίκλαυτον Oppian. Hal. 4, 257. sepulcrum lacrimis stillatum. — πάγκλαυστον αἰῶνα Soph. Elect. 1085. πάγκλαυτον θέρος Aesch. Pers. 822. παγκλαύτων ἀλγέων ἐπίῤῥοθον Sept. 374. ὄφρυσι παγκλαύστοις Soph. Antig. 831. (var. ll.) sign. pass. — De significatione horum ab adjectivis compositor. cf. II, 3, 5, 1. —

(κέκαυμαι ἐκαύθην) πυρίκαυστον φυτὸν Nonn. Dionys. 7, 158. conjectura est Falkenburgii, pro πυρίκαυτον, quod in editione principe legebat. — Cur mutaverit, nescio, nam 10, 74. 21, 173. 23, 245. 38, 429. vox sigmatismo etiam non insignita reperitur. σκῶλος πυρίκαυστος Hom. l. all. ἀλιόκαυστος Theocr. Id. 10, 27. εἰς τὰς ἀκαύστους κώμας Xenoph. Anab. 3, 5, 8. — Omnibus his locis passiva voces praeditae sunt vi. — Eandem significationem prae se ferunt: νεόκαυστον ὕλην Aristot. Probl. 12, 2. et νεόκαυτος ὕλη Theophr. C. Pl. 6, 17, 7. —

Eodem jure in hunc gyrum compellenda sunt adjectiva biformia verbo γιγνώσκω adscribenda. γνωτὰ κ' οὐκ ἄγνωτά μοι Soph. Oed. tyr. 58. nota neque ignota mihi. γνωστὸν quod cognosci potest ibid. 369. εἰ δὲ μὴ ἄλλως γνωστὸν, ὅτι ἀληθῆ λέγω Xenoph. Hell. 2, 3, 28. nisi aliunde colligi potest, vera me dicere. — σημεῖον — γνωστὸν τοῖς τῆς ἑαυτῶν τάξεως Xenoph. Cyr. 6, 2, 3. signum quod cognosci poterat etc. Sed Anal. 1, 243. γνωστὴ πρόκειται πᾶσιν Ἀττικὴ κύλιξ culullus Atticus, quem omnes noverunt; et Anal. 2, 348. τὰ δ' ὀστέα πού ποτ' ἐκείνου, πύθεται, αἰθυίαις γνωστὰ μόναις ἐνέπειν mergis solis notum. — ἄγνωστος Pausan. 2, 2, 2. Hom. Od. 2. 175. Eurip. Hel. 504. Iphig. Taur. 94. Anal. 2, 364. sign. pass. — Nonn. Dionys. 1, 371. 5, 392. Anal. 1, 61. 2, 319. 2, 202. potent. vi. — συγγνωστὸς ll. infra affer. vi potentiali. — εὔγνωστα καὶ εὐμαθῆ Xenoph. Oec. 20, 14. facilia cognitu et intellectu. — γνωτὸς Hom. Il. 7, 401. et ἀλλόγνωτος Od. 2, 365. intellectu pass. — ἀρίγνωτος Hom. Il. 13, 72. Od. 4, 207. Maneth. apotelesm. 3, 108. 6, 177 etc. pass. et uno modo loco vehementer suspecto Maneth. apotelesm. 3,

223. *ἀρίγνωστος* eadem vi praeditum, ubi *Rigler.* *ἀρίγνωτος* scripsit. — *εὔγνωστος* Soph. Aj. 714. sign. pot. cf. praeterea Addend. ad *Steph. Glossar.* —

(*κέκλειμαι κέκλεισμαι*) *ἐγκατάκλειστος* Eurip. frgm. Dan. 1, 39. *ἄκλειτος* Dionys. Halicar. pag. 305. vi pass.

(*ἔζωσμαι*) *ἄζωστοι* Hesiod. op. 318. non cincti, *ἄζωτοι* autem mulieres vocari dicit Steph. in gloss., quae vestibus brevioribus offendunt. —

CAPUT II.

Jam illorum lustremus cohortem, quorum paenultima brevis est.

(*ἀνύω* att. *ἀνύτω. ἤνυσμαι ἠνύσθην*). Formae sequentes sine controversia ab *ἀνύω* sunt repetendae. — *ἀνυστά περ ἀντιόωσαν* Apoll. Rhod. 3, 717. quum, quae petis, perfici possint. — *οὐκ ἐστ' ἀνυστὸν τόνδε σοι κατακτανεῖν* Eurip. Hcld. 964. — *σιγῇ ὡς ἀνυστὸν* Xenoph. Anab. 1, 1, 8. — *σίτῳ ἢ ἀνυστὸν μετριωτάτῳ* Xenoph. Lac. 1, 3. modico, quam maxime fieri potuit, pane. *ἀνηνύστῳ ἐπ' ἀέθλῳ* Apoll. Rhod. 4, 1307. pugna infinita (quae finiri non potest). *ἀνηνύστῳ ἐπὶ ἔργῳ* Hom. Od. 16, 111. re imperfecta. — *δέσμον δυςεξήνυστον ἕλκεται δεθείς* Eurip. Hipp. 1281. vinculo inextricabili ligatus rapitur. — *σύ δ', ὦ τάλαινα, μὴ 'πι τοῖς ἀνηνύτοις — τρύχου σὺ σαυτήν* Hel. 1285. tu vero, infelix femina, ne infectis (pot.) te maceres. — *πάντεσσι δ' ἀνήνυτος εἴσατ' ἀέθλος* Apoll. Rhod. 3, 502. omnibus autem pugna videbatur inexplicabilis. — Eadem signif. Nonn. Dionys. 16, 315. *οὐδὲ μόθου τέλος ἦεν — καὶ δῆρις ἀνήνυτος.* — Tryphiod. 299. *ἀνηνύστοις ἐπ' ἀέθλοις* et ibid. 447. *ἀνηνύστους ἑκατόμβας;* utroque loco potent. Omnes hae formae sigmaticae metri necessitate progenitae. —

(*ἄγαμαι, ἠγάσθην, ἀγασμένος*) *ἀγατὸν κιθαρίζων* h. Hom. Apoll. Pyth. 337. dulciter citharizans; sin paenultima longa requiritur, aut *σ* inseritur, aut *α* in *η* producitur. — *οὐκέτι μοι βίος ἀγαστὸς* Eurip. Hec. 162. vita non jam aestimabilis. — *βρότοις πάντεσσιν ἀγαστή* Anal. 3, 291. omnibus mortalibus admirabilis. *οἶκον ἀγητὸν* ibid. 3, 51. ead. signif. — *θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν — Ἕκτορος* Hom. Il. 22, 370. staturam, atque admirabilem intuebantur Hectoris speciem. *δέμας καὶ εἶδος ἀγητὸς* Hom. Il. 24, 376. eod. sensu, et Oppian. Cyneg. 1, 364. pluribus heroibus enumeratis, pergit: *τοίτ' ἐν μακάρεσσιν ἀγητοί,* ubi adjectivum manifesto potentialiter est vertendum. — In prosa oratione *ἀγαστὸς* increbruit, vi potentiali. —

(*ὄνομαι*) *ὀνοτὸς* Apoll. Rhod. 4, 91. detestabilis, et eadem potestate *ὀνοστὸς* Lycophr. 1235. *βουλαῖς ἄριστος, οὐδ' ὀνοστὸς ἐν μάχαις.* — Metri causa *σ* insertum. —

(τέθυμαι ἐτύθην) ἄθυτος, quod saepe in prosa oratione legitur, metri causa litera σ augetur Anal. 1, 126. ἄθυστα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει. —

ἀδάμαστος, quod semel apud Homerum, Il. 9, 158. et Orph. h. 3, 7., huc esse referendum, jam per se incurrit oculis, quum δαμάζω poetae prorsus erat ignotum. Forma primaria ἀδάματος apud Aeschylum legitur: Sept. 219. —

CAPUT III.

His non confundenda sunt haec: ἐραστὸς. (νυμφέων ἔρνος ἐραστὸν Orph. h. 45, 4. — Thr. ἐρατὸν. nympharum flos amabilis. — κάλλος ἐραστὸν Anal. 1, 8. pulchritudo venusta. etc.) ἐπέραστος. (τὴν ἐπέραστον ἑταίρην amabilem amicam Anal. 3, 291. ἐρατὸς, ἐπήρατος, πολυήρατος saepissime, ubicunque fiunt obvia, potentialem induere naturam. Illa enim ab ἐρῶμαι (ἠράσθην) haec ab ἔραμαι sunt repetenda. — Neque ἀκήρατος et ἀκέραστος, quorum illud saepissime apud poetas, hoc solum apud scriptores pedestris orationis increbruit, huic familiae sunt adnumeranda, nam ἀκήρατος non ortum ducit a κεράννυμι, ut *Schneider* et *Passov.* putant, sed ex substantivo κὴρ egerminavit. In eundem errorem, in quem lexicographi, *Grossius* incidit. ἀκήρατον est latinum: „integrum, intactum i. e. fato" et non incommoda est Suidae vocis interpretatio: ἄφθαρτον, ἀθάνατον, ἀπαθές. — Permultis locis vocabulum per speciem modo „non mixtus" verti potest. cf. exempla, quae *Schneider* in lex. s. v. affert. — Dissimillima eis vero sunt: τρίλλιστος Callimach. h. Cerer. v. ult. πολύλλιστος Hom. Od. 5, 445. h. Hom. Apoll. Pyth. 169. Orph. h. 31, 14. etc. — πολύλλιτος Orph. h. 11, 4. Maneth. apotelesm. 6, 741. — Formae sigmaticae originem traxere a λίτομαι, non sigmaticae a λίω. cf. *Buttm.* s. v. λίτομαι. — πολύκτιτος Orph. h. 9, 2. ὁμόκτιτος Oppian. Hal. 4, 352. εὔκτιτος Cyneg. 201. sine dubio Perfecto ἔκτιμαι sunt assimilata, et εὔκτιστος et ceteris sigmaticis formis κτίζω ἔκτισμαι ortum dedit. — κτιστὸς h. Hom. Apoll. Pyth. 121. apertum est vitium pro ξεστὸς. — De his satis. —

Particula III.

De motione et accentu adjectivorum verbalium in τος *cadentium.*

Quaestio de accentu horum adjectivorum et disputatio de eorum mobilitate arctissime sunt conjunctae, et naturae quodam vinculo inter sese continentur. Res

autem ipsa maxima circumfusa est caligine, partim ob librorum vacillationem, partim ob consuetudinis inconstantiam, qua re motionis atque accentus usus tam vagus et instabilis redditur, ut inquirenti ea objiciantur impedimenta, quae vix superare possit. Regulae, quas de hac re proponunt veteres grammatici, non semper sufficiunt, eorumque infirmitatem et levitatem subtiliter *Lobeckius* in paralipomensis et exquirit, et rem ipsam ad vivum resecat. Ratione, quae ex exemplis inter se comparatis patet, imprimis autem *summi viri* auctoritate innisus, hoc praeceptum primarium in medio pono:

Syntheta gravantur, parasynthetorum pars gravatur, pars acuitur, illa duorum sunt generum, haec trium, simplicia denique acuto finiuntur et moventur per genera. —

CAPUT I.
SYNTHETA.

Lex, quam de accentu eorum posuimus, licet nunquam violatur, multa tamen inveniuntur exempla, quibus regula de genere allata negligitur, quae, nisi licentia quadam poetica defendantur, enormia sunt, nec procul a vitio. Judiciorum ceteroquin primariorum, quae de hac re exstant, optimum est *Lobeckii*. „Sunt quaedam, ad Ajac. ed. pr., inquit, prisci usus vocabula, quae vel necessitas genuit, vel antiquitatis recoluit favor.“ *Porsonus* autem: „Omnia adjectiva composita et in *τος* terminata, apud antiquissimos Graecos per tria genera declinabantur, *ἀπόῤῥητος, η, ον*. Femininas formas, quum jam paulatim obsolevissent, poetae et Attici vel ornatus vel varietatis ergo subinde revocabant.“ — *Hermannus*: „Nobis quidem usus poetarum persuasit, ita has formas a poetis omnibus usurpari, si vel metrum eas requirit, vel aliquid ad elegantiam et gravitatem dictionis, tum etiam aliquando ad homoeoteleuton hiatumve vitandum conferant.“

Plurima quidem ejusmodi exempla in melicis leguntur, ubi oratio numerose et volubiliter funditur, cui altius assurgenti formae rariores sermoni communi non concessae partim inserviunt. Illi autem, qui omnia haec exempla elegantia sonove dulci metiuntur, multas regulas, quas nos in conformatione et in collocatione vocabulorum sequimur, a Graecorum consuetudine abhorrere, immemores sunt. Caput igitur hujus disquisitionis sententiae *Hermanni* sit tentatio, et si utique aliqua causarum ab eo allatarum quadamtenus in rem valeat, eam adscribam, si vero nulla in exemplum quadret, nihil denotabo. —

Innumerabilis ferme synthetorum copia, si compositionis rationes respicias, in complures ordines est dividenda.

§. 1. A substantivis inducta. —

τῆς οἰστροδινήτου κόρης Aesch. Prom. v. 590. λίταις θεοκλύτοις Sept. 131. ἡλιοβλήτους πλάκας Eurip. Bacch. 14. χρυσόδετον ἀλκὴν Eurip. frgmt. Dan. 1, 39. etc. — Euripides autem in Hecuba 193. σκύμνον γάρ μ' ὥστ' οὐριθρέπταν et Orest. 1381. τοῖς δ' ἐς ἀρκυστάταν μηχανὰν ἐμπλέκειν. Utrumque exemplum in cantico legitur, et vocis ἀρκύστατος per genera motae causa sine dubio in dictionis gravitate posita. Idem adjectivum communis generis in diverbiis invenitur. Aesch. Agam. 1386. ἀρκύστατος πημόνη. — Apud Pindarum unum idemque adjectivum modo trium modo duorum est generum: Δάλου θεοδμήτας Ol. 6, 101. et θεοδμήτῳ ἐλευθερίᾳ Pyth. 1, 119. — δουρικτητήν περ ἐοῦσαν Hom. Il. 9, 343. οἷα δορυκτήτην μετανάστιον Nonn. Dionys. 21, 19. δορικτήτην σέο Ῥείη 30, 286. δορικτήτην τινὰ Βάκχην 34, 31. δορικτήτης πόθον εὐνῆς 34, 207. δορικτήτην τε γυναῖκα 37, 616. δορικτήτην βριάρην 40, 28. (gravitas). δορυκτήτην Ἀριάδνην 47, 558. et δορικτήτην ἅτε κούρην Nonn. Dionys. 27, 197. (metrum). δορυκτήτη παράκοιτις Tryphiod. 630. *Wernicke* ad h. l. „seriores epici, inquit, qui Nonnum sibi exemplum sumpserunt, formam sexus feminini constanter praeponere maluerunt, aurium sensum fastidiosissimum, non temere cohibentes.“ Non verum, nam apud Nonnum ipsum 43, 92. legitur: δορικτήτοιο θαλάσσης et Quint. Smyrn. 10, 384. δορυκτήτῳ ὑπ' ἀνάγκῃ. *Hermannus* quidem, de sectis poetarum epicorum, hunc poetam ex versuum componendorum ratione ante Nonnum scripsisse demonstrare studet, sed *Lobeck.* in scholis suis, de literis Graecis, versuum et linguae structurae ratione habita, post Nonnum eum vixisse probat. —

αὐτὰρ ληϊάδεσσι δορυκτήταις περίανον Apoll. Rhod. 1, 806. ναυσικλείτη τ' Εὔβοια h. Hom. Apoll. Delph. 31. (elegantia). ναυσικλειτῆς Εὐβοίας h. Hom. Apoll. Pyth. 41. (hiat. vitand.). —

§. 2. Ab adjectivis composita. —

πανδάκρυτον βιοτὰν Soph. Phil. 700. κακόβαπτον εὔμαριν Aesch. Pers. 665. πολύκλαυταν τ' Ἰφιγένειαν Agam. 1587. ubi *Porson,* ad Eurip. Med. 882. ad rationem ibi propositam probandam πολυκλαύτην legi jubet, quam conjecturam *Wellauer* ad Aesch. Agam l. all. magnopere collaudat. — Apud Aristophanem autem in uno eodemque cantico idem adjectivum πολυτίμητος in deae Pacis invocatione diverse

movetur. Pac. 978. *δέξαι δῆτ' (θυσίαν) ὦ πολυτιμήτη* et 1014. *ταῦτ' ὦ πολυτίμητ', εὐχομένοις ἡμῖν δίδου* et Thesm. 292. *δέσποινα πολυτίμητε Δήμητερ φίλη.* Forma illa per genera mota nisi in cantico legeretur, ubi oratio elatior paulo et ornatior est, sermonibus poetae per humum repentibus minime conveniret. — Pindarus itidem Nem. 1, 3. metri quodam vel euphoniae emolumento *νεοκτίσταν εἰς Αἴτναν* scripsit. *πολυμνήστη βασίλεια* Hom. Od. 4, 774. *πολυμνήστην τε γυναῖκα* ibid. 14, 64. *ἶσα πολυμνήστῃσιν ἀεὶ τίουσ' ἀλόχοισι* Maneth. apotelesm. 6, 145. — *ἐν καμπῇσι πολυστρέπτῃσι* Nicand. Ther. 480. (Cod. Med.) elegantia. *κούρη ὁμογνήτη μεγαλόφρονος* Orph. Argon. 1213. *πολυλλίστη βασίλεια* Orph. h. 31, 17. 34, 2. 40, 9. *πολυγνάμπτῃσιν ἑλισσόμενος προχοῇσι* Quint. Smyrn. 1, 286. *πολυγνάμπτης ἑλίνοιο* Dionys. Perieg. 1157. *Wernicke* ad Tryphiodor. frustra formam adjectivi femininam usu et analogia sancitam eliminare conatur. cf. *Passov.* ad Dionys. Perieg. l. all. *ὠδίνεσσι πολυτλήτῃσι* Quint. Smyrn. 11, 25. sed 14, 267. *πολυτλήτοιο θυγατρός.* — *νεημέλκτῃ ἐνὶ πέλλῃ* Nicand. Alex. 311. et *πολυκλαύταν δε παρέρπων — στάλαν* I, 2, 1. —

§. 3. Quae a partibus orationis indeclinabilibus ordiuntur. —

Ejusmodi vocabulorum tam magnus literas Graecas perlegenti occurrit numerus, ut ingenti eorum cumulo paene obruatur. — *τὰν ἄβατον φυλλάδα* Soph. Oed. Col. 707. *χειρὸς τῆς ἀνικήτου* Oed. Col. 1585. et sexcenta alia. — Anal. 2, 300. *ἀνδράσιν ὀψιγόνοισιν ἀκινήτην καὶ ἄσυλον* et apud eundem poetam in eodemque carmine septem versibus interjectis *ἀκίνητοί τε θέαιναι.* — *κοῦφος ἀκινήτης ἐλελίζετο* Nonn. Dionys. 25, 423. — *Αὖλιν ἀκλύσταν* Eurip. Iphig. Aul. 118. quam scripturam *Bremi* ex *Mathiaei* sententia recte tuetur. *Marklandus* autem in *καὔλιν ἀκλύσταν* mutavit. Hanc conjecturam *Lob.* ad Ajac. pag. 244. ob crasin insolentiorem optimo jure aspernatur, et *Αὖλίν τε κλυτὰν* conjecit, quo neque sensus, neque grammicae leges violantur. — *οἴκοι δ' ἀταυρώτη διάξω τὸν βίον* Aristoph. Lys. 217. *Lobeck.* l. all. in *ἀταυρώτει* mutat similiaque ad conjecturam probandam affert exempla: *ἀκλαυτεὶ, ἀνοιμωκτεὶ, ἀταυρώτη* a levi comicorum scripturae genere abhorrere contendens. — *ἀβάταν ἅλα κιόνων ὕπερ Ἡρακλέος* Pind. Nem. 3, 36. *ἐξ ἀμετρήτας ἁλὸς* Isthm. 1, 53. *οὐδ' Ἀΐδας ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον* Ol. 9, 50. — *ὃν ἔγωγ' ἀκάματα προσμένουσ'* Soph. Elect. 165. — *ἀθάνατος* saepe apud scenicos, apud epicos semper fere per genera movetur. — *ἄν ποτ' εὐφιλήταν ἔθου* Aesch. Sept. 108. (Il. var.) gravitas dictionis et metrum. — *τῆς πρόσθεν ἀδμήτης χρόνῳ* Soph. Oed. Col. 1386. elegantia. — *ἀδμήτας ἀδμήτα* Aesch. Suppl. 149. ad hiatum vitand. et gravitat. causa. — *ἀλλ', οὐ μὰ τὰν γ' ἀδμήταν αἰὲν Ἄρτεμιν* Soph.

Elect. 1253. gravitas et metrum. — αὖ σοι λώβαν ἐχθίσταν — ἀῤῥήταν τ' ὠρεάν τις δαίμων. Eurip. Hec. 190. — χώρας ἀπορθήτας ἀποφερβόμενοι Med. 789. gravitas et hiatus. — Sed Aesch. Pers. 354. ἀπόρθητος πόλις. — ἀλλοτρίη φιλότητος ἀπειρήτη Κυθερείης Nonn. Dionys. 15, 172. homoeoteleuton. — ἀπειρήτην ὑμεναίων Nonn. Dionys. 33, 232. 42, 374. 47, 186. metrum. — ἀπειρήτην τοκέτοιο ibid. 40, 41. ἀπειρήτῃσι δὲ νύμφαις 43, 93. — ἀπειρήτην Ἀφροδίτης 48, 220. metrum. — Manetho autem apotelesm. 1, 26. γυναῖκας — ἀπειρήτους φιλότητος. — ἀδμήτην, βρέφος Hom. Il. 23, 266. — ἀδμήτην ἥτ' ἀλγίστη Il. 23, 655. metrum et elegantia, et eandem ob causam ἀδμήτην ἣν οὔπω Od. 3, 383. — χήλην δ' ἀῤῥήτην ἱερὰς Oppian. Cyneg. 4, 255. eand. ob causam. — ἀσβέστη κέχυτο φλὸξ Hom. Il. 16, 123. φλὸξ — σίνεται ἀσβέστη ῥαγόεν Nicand. Ther. 821. ἄσβεστον δὲ νέμει πολυκήριον ἄτην ibid. 798. — ἀλλήκτῃσι μελήδοσι Maneth. apotelesm. 3, 103. — εὐπλέκτῃσι κόμαις Nonn. Dionys. 13, 200. et ibid. 37, 25. εὐπλέκτοιο δὲ σειρῆς. — καὶ εὐδυνάτῃ θεᾷ ἁγνῇ Orph. h. 75, 10. ubi *Herm.* scripturam recipit, quae est apud Dinnarum: εὐδύνατοι θεαὶ ἁγναί. — εὐγνάμπτῃσι λαχαίνοντες μακέλῃσι Dionys. Perieg. 1115. (var. ll.) εὐνῇσι εὐγνάμπτοισι Quint. Smyrn. 9, 435. — πύλης εὐποιητῇσι Hom. Il. 5, 468. *Wolf.* — Harl. Townl. εὖ ποιητοῖσι incidit in Scyllam volens vitare Charybdim. Vrat. b. εὐποιήτοισι. — βόων τ' εὐποιητάων Il. 16, 636. Vrat. b. d. εὖ ποιητάων, sed Od. 3, 434. εὐποίητόν τε πυράγρην et h. Homer. Vener. 75. κλισίας εὐποιήτους. Nonn. Dionys. 37, 465. εὐποίητον ἑήν. — Mira in varietate autem versatur εὔξεστος. — ἐϋξέστῃ ἐπὶ φάτνῃ Hom. Il. 24, 280. (optimor. libror. auctoritate). ἐϋξέστῳ ἐπ' ἀπήνῃ Hom. Od. 6, 75. ἐϋξέστῃ ἐπὶ χηλῷ Od. 13, 10. ἐϋξέστης ἐπ' ἀπήνης Il. 24, 275. (optimor. libror. et plurimr. a.) ἐϋξέστου δ' ἀπ' ἀπήνης Il. 24, 578. ἐϋξέστῃσ' ἐλάτῃσι Il. 7, 5. (Mori ἐϋξέστης. „γρ. εὐξέστοις et ἐῢ ξεστῆς Barn. — At est Apollon. lex. in ξεστήν· τὸ αὐτὸ τὸ ἐΰξεστον θέλει λέγειν, συνθέτως δὲ, ἐϋξέστῃσ' ἐλάτῃσι. *Heyn.* ad Hom. Il. I. all. ἐϋξέστῃς μελίῃσιν Quint. Smyrn. 1, 344. 2, 219. et apud eundem 6, 282. ἐΰξεστοί τε τράπεζαι, quod et Hom. Od. 15, 33. μάκραι, ἐΰξεστοι. Il. 18, 276. ἐϋξέστῃς σανίδεσσι Od. 21, 137. ἐϋξέσταις σανίδεσσι Maneth. apotelesm. 6, 524. — ἐς ῥ' ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέσταις λούσαντο Hom. Il. 10, 576. Od. 4, 48. 17, 87. — Positionibus, modisve quibusdam gravibus, ut Dativ. Pl. gen. fem., prae ceteris sine dubio indulserunt poetae. —

§. 4. Praeceptum, quod de accentu proposuimus, haecce adjectiva nunquam migrant. — Emergunt quidem monstra quaedam horrenda, quorum adspectu imperitorum in vultibus pavor eminet, formidoque animos eorum subit, quae ut Fata

Morgana, si ab alia parte invadis, in nihilum recidunt. — Homerica dico cum κλειτὸς, κλυτὸς, κλητὸς composita: ἀγακλυτὸς, ἀγακλειτὸς, τηλεκλυτὸς, τηλεκλειτὸς, τηλεκλητὸς, δουρικλυτὸς, δουρικλειτὸς, δορικλυτὸς, δουρυκλυτὸς, δορυκλυτὸς, ναυσικλυτός, ναυσικλειτὸς, de quorum paenultimae mutabilitate *Buttm.* lexil. tom. I. pag. 93 seq. accurate agit, de accentu autem eorum sub finem disputationis alios consilium exorat. In altero demum tomo scholia, quae de hisce exstant, componit, quibus diversa et inter sese vehementer repugnantia efficiuntur, quin vera rei causa cernatur. — Vocabulis allatis accedat ὀνομακλυτὸς. — E. M. s. v. βροτολοιγὲ 215, 21. hanc regulam proponit: τὸ δὲ κλυτὸς καὶ κλειτὸς, εἰ μὲν μετὰ ἀπτώτου συντεθῇ ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν, φυλάσσει τὴν ὀξεῖαν τάσιν· οἷον, κλειτὸς ἀγακλειτὸς. εἰ δὲ μετὰ πτωτικοῦ, ἢ ἀπτώτου μονοσυλλάβου, προπαροξύνεται· πρόκλειτος, ὀνομάκλυτος. τὸ δὲ δουρικλυτὸς ἐν παραθέσει. — Totum praeceptum neque linguae ingenio atque indole, neque judicio critico, sed solis hisce monstris non perpensis inniti jam ex fronte ejus satis colligitur. — Omissa librorum discrepantia, unde accentus cujusvis vocabuli allati erraticus redditur atque instabilis, neglecto praeterea πολύκλητος, quod Il. 4, 438. et 10, 420. sine ulla librorum ambiguitate gravatur, rem ita percipiendam esse censeo. — τηλεκλ., δορικλ., ὀνομακλ. non syntheta sunt, sed paratheta, quae, ut indicaretur, non esse divellenda, a primis Homeri editoribus signo ὑφ' ἓν conglutinabantur. Nota autem haec, saepe utique abundanter posita, sensim atque pedetentim ex editionibus discessit, et quae librarii adhuc consueti erant continuo efferre, ita scribebant quoque. Quum vero duobus tonis vocabulum pronuntiare non possent, stupore animi paene incredibili capti eum retinuerunt accentum, qui, si adjectivum solum proloquerentur, aures acrius pellebat. Jam luxuriari illa notandi ratio coepit, et ἀγακλειτὸς, quod apertum est synthetum, ab iisdem hominibus sagacibus oxytonesi instruebatur, qui hanc vocem nil differre putarent a τηλεκλειτὸς. Eadem ratio, quae ἀγακλειτὸς, est voci ναυσικλυτὸς, synthetae, si respicimus Homero Dativum ναυσὶ prorsus ignotum, non parathetae. — E. M. 605, 28.: χρῆται οὖν ὁ ποιητὴς ταύταις ταῖς φωναῖς, νηυσί, νευσί, νέεσσιν, νήεσσιν· οἱ Αἰολεῖς, νάεσσιν. τί οὖν; οὐκ οἶδεν Ὅμηρος τὴν ναυσί; ναί, ἐν συνθέσει, Ναυσίθους, ναυσίκλυτος. Quamquam parum apta et idonea etymologus de re argumentatur via, tamen verbis ejus sententia nostra promptissima et apertissima redditur. Ejusdem coloris, cujus ὀνομακλυτὸς et cetera, est δορικτητήν. — Erroris isti fetus altiores in dies jecere radices, et vetustate verenda munitos nemo jam in posterum impugnare ausus est. — Ab omnibus autem regulis alienum: ἀδμῆται νύμφαι Orph. h. 54, 25. (libris minime nutantibus), quod *Hermannus* ipse intactum reliquit. Non secus rem explicandam esse censeo atque hoc modo. Librarii animo eodem momento, quo descripturus erat vocabulum, ἀδμῆτες obversabatur (ἀδμῆτες

κόραι Apollon. Rhod. 1, 811. et 3, 34. *ἀδμῆτας παρθενικὰς*) opinione autem cogitatam a se scribi vocem implicitus veram conscripsit accentu cogitatae, sensibus, quos hic verbo ipso acrius percusserat, motus. Haec explicatio minime artificialis, sed naturae accommodata esse videtur. *δακτυλοδεικτῶν μελάθρων* Aesch. Ag. 1305. haud dubie falsa scriptura est excusandum. Merito illud contendere possumus, immensam enim istam Aeschyli, imprimis Agamemnonis textus corruptelam quis est, quin noverit? —

CAPUT II.
PARASYNTHETA.

Disputatio de iis instituta, respectu potestatis eorum habito, duabus constat partibus, quarum in altera de adjectivis, quae significationem passivam, in altera de illis, quae vim potentialem exhibent, agitur. Pars prior nullo discrimine, neque accentu neque genere a synthetis distinguitur. Sicuti vero gravatio, genus commune, vis passiva inter se colligata atque implicata sunt, ita oxytonesis, motio per genera, significatio potentialis naturae quodam vinculo inter se continentur. —

§. 1. Parasyntheta, quibus passiva subjecta est vis. —

ἀμφίπλεκτοι κλίμακες Soph. Trach. 259. *ἐπισσύτους τύχας* Aesch. Eumenid. 927. *τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος* Soph. Aj. 134. *κῆρες ἀμπλάκητοι* Oed. tyr. 480. — *ἐξαίρετόν νιν* intell. *Κασσάνδραν* Eurip. Troad. 253. *Κέῳ ἐν ἀμφιῤῥύτῳ* Pind. Isthm. 1, 9. *ἡ δὲ τλᾶσ' ἐγὼ κατάρατός εἰμι* Eurip. Hel. 54. *ἐγκατάκλειστον* intell. *αὐτὴν* Eurip. frgmt. Dan. 1, 39. *ἀμφήριστος γενέθλη* Oppian. Hal. 1, 90. *λεοντοδέρην κατάστικτον* Orph. Lith. 16, 17. *θήρην περίσχετον* Oppian. Hal. 4, 346. *ἡ γὰρ κατάστικτος* Dionys. Perieg. 183. *περίπυστον ὀπώρην* Coluth. 75. *σύμφυτος οὐρή* Nonn. Dionys. 10, 168. *ὄχνη σύμφυτος ὄχνῃ* 3, 144. — *γυναῖκες — εἰσὶν ἐνὶ κλισίῃς ἐξαίρετοι* Hom. Il. 2, 227. *ἀσπίδα ἐξήλατον* 12, 295. *τήνδ' Ἀχιλλέως ἔλαβε παῖς ἐξαίρετον* Eurip. Troad. 274. *περικλύστῳ ἐνὶ Λήμνῳ* Quint. Smyrn. 4, 385. *περικλύστῳ ἐνὶ Δίῃ* 4, 389. *εὐνέτις ἀμφιέλικτος* Nonn. Dionys. 25, 523. *χθὼν πᾶσα κατάῤῥυτος* 3, 206. *ἀπόῤῥυτος Σελήνη* 4, 282. *κατάῤῥυτος ἰκμάς* 11, 163. *Θρήκην, χιόνι τὴν κατάῤῥυτον* Eurip. Andr. 214. *ἀμφίζωστον Παταλήνην* Nonn. Dionys. 27, 158. *περίῤῥυτον Κύπρον* Hesiod. Theog. 193. *τῆς περιῤῥύτου χθονὸς* Soph. Phil. 1. *περιῤῥύτῳ ἐν Ἐρυθείῃ* Hesiod. Theog. 290. *ἁ δὲ λίθῳ πρόςδετος, Ἀνδρομέδα* Anal. 2, 172. *Γοργὼ μετώποις ἱππικοῖσι πρόςδετος* Eurip. Rhes. 307. — *καὶ γυρὰς ἀμφιθέτους ἀρίδας* Anal. 2, 215. — *δειελινῷ χαρίεσσα*

Μενεκρατὶς ἔκχυτος ὕπνῳ κεῖτο 3, 75. — *σύμπλεκτον πλατάνιστον* Anal. 1, 2. *περιβλήτους ἀκίδας* 1, 7. *ἀμφίκλυστον πέτραν* Soph. Trach. 793. — *κώλων ἔκλυτος ἁρμονίη* Anal. 2, 230. *ἔκλυτος οὐρή* Tryphiod. 82. *περικλήϊστον νύμφην ἱμερόεσσαν* Coluth. 285. *δεκὰς ἦν ἔκκριτος* Aesch. Pers. 340. etc. —

Sed interdum per genera quoque moventur: *περιῤῥύτας πόλεις* Aesch. Eumenid. 77. sine ulla librorum discrepantia neque in canticis sed in diverbiis repertum. — Aesch. Pers. 596. *περικλύστα νᾶσος* et apud eundem in eadem fabula v. 880. *νᾶσοι περίκλυστοι*. Utraque forma in melicis carminibus legitur. — *πρόχυται* substantivi formam induit. Praeter alias, usitatissima vocabuli explicatio substantivi *κριθαὶ* supplemento efficitur. *ἀμφιρύτη Κῶς* Anal. 3, 102. *Χίον ἐς ἀμφιρύτην* 1, 144. *ἀκτὴν ἀμφιρύτην* 3, 229. *ἀμφιρύτην Ἐλεοῦσαν* Oppian Hal. 3, 209. *Δίῃ ἐν ἀμφιρύτῃ* Hom. Od. 11, 325. *νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ* 1, 50. et 198. 12, 283. *Δήλῳ ἐν ἀμφιρύτῃ* h. Hom. Apoll. Del. 27. sed *ἀμφιρύτους νήσους* h. Hom. Apoll. Pyth. 113. et ibid. 73. (Flor. Ald. *ἀμφιρύτας*). *Πάρον ἀμφιρύτην* h. Hom. Cer. 490. *νήσου ἐπ' ἀμφιρύτης* Dionys. Perieg. 452. *Τήνῳ ἐν ἀμφιρύτῃ* Apollon. Rhod. 1, 1305. sed *Δίῃ ἐν ἀμφιρύτῳ* apud eund. 4, 425. *ζώνη ἀμφήριστα* Arat. Phaen. 711. —

Sunt praeterea, quae non solum per genera moventur, sed etiam acuto finiuntur. —

περικλυτὸς inn. Il. *περικλυτὴ* Orph. Argon. 131. *ἐπικλυτὸς* Apoll. Rhod. 2, 236. *περιξεστῇ* intell. *πέτρῃ* Hom. Od. 12, 79. *ἐπιγναμπτὰς ἕλικας* h. Hom. Ven. 87. sed *Barnes. εἶχε δ' ἐπὶ γναμπτὰς* etc.; eodem modo ed. *Ceph.* — *ἐπάκταν ἄταν* Eurip. Phoen. 343. Flor. A. *γάμον ἐπακτὸν* scripturam habet Flor. 10, 18, 21, 33, 34. *ἐπακτὴν* et Mosq. D. *ὑπακτὴν* exhibentibus. — *χαλᾶτε συναπτοὺς ἡνίας Λακωνικάς*. Aristoph. Eccles. 508. *περικλειτὰ Βερενίκα* Theocr. Id. 17, 34. *περικλειτῆς Φιλίννης* Theocr. epigr. 22, 3. *συμφερτὴ* Nonn. Dionys. 3, 241. *ἀνασπαστοὺς τε δεράγχας* Anal. 2, 10. — *ἐκ λίθου ἄλλοθεν ἄλλης* — *συμφερτὸς γενόμην ἐξαπίνης Σάτυρος* 3, 14. — *ἀνασπαστὸς πύλη* Soph. Ant. 1171. *ἐπισπαστοὶ βρόχοι* Eurip. Hipp. 793. *ἐπιτακτὰ φάρμακα* Eurip. frgmt. Belleroph. XXII. *μέτρον ἐπίτακτον* Pind. Pyth. 4, 421. — *ἐνδυτοῖς ἐσθήμασι* Aesch. Eumenid. 1014. *ἐνδυτῶν στεφέων* Eurip. Troad. 257. *στέμμασι γ' ἐνδυτὸς* Jon. 224.; in substantivi naturam versum eundem retinet accentum: *ἐνδυτὸν* Bacch. 111, 138, 745. etc. — *κατερικτῶν* Aristoph. Ran. 508. *οὐκ ἀστὸς ἀλλ' ἐπακτὸς ἐξ ἄλλης χθονός* Eurip. Jon. 293. Eadem significatione *ἐπακτὸς* Soph. Trach. 491. Thucyd. 6, 20. *ἀπωστὸς*

γῆς ἀποῤῥιφθήσομαι Soph. Aj. 1038.; ead. vi Herodot. 6, 5. σῶμα διασπαρακτὸν Eurip. Bacch. 1220. — δεσμοῖ προςπορπατὸς Aesch. Prom. v. 141., Ox. προςπαρτὸς Guelf. προςπατὸς, Med. πρὸς πετρὰς. — θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς καθαπτὸς verba Eurip. ex Aristoph. Ran. 1212. συναπτοὺς ἡνίας Aristoph. Eccles. 504. ἀμφελικτὸς δράκων Eurip. Herc. fur. 399. μόσχον — χειρὸς ἀναρπαστὰν σᾶς ἄπο Hec. 210. πένθος θεόθεν καταληπτόν Hipp. 1347. luctus divinitus immissus, sive acceptus. — κνίσσῃ τε κῶλα συγκαλυπτά Aesch. Prom. v. 496. φίλημα περισπαστὸν Aristoph. Acharn. 1201. συσπαστὰ βαλαντία Athenae. 11, 26. — Ὁ μὲν δὴ ὡς ἀπωστὸς τῆς ἑωυτοῦ γίνεται, ἀπικνέεται ὀπίσω ἐς τὴν Χίον Herodot. 6, 5. Rejectus a patria Chium rediit. — καὶ τῶν ψιλῶν τινας ἐκλεκτοὺς ὡπλισμένους προὔταξεν. Thucyd. 6, 100. et nonnullos ex militibus levis armaturae delectos etc. οὐκ ἐκ βραχέος καὶ περιγραπτοῦ ὁρμώμενοί τε καὶ καταίροντες Thucyd. 7, 49. non ex brevi circumscriptoque spatio impetum facientes. —

§. 2. Parasyntheta, quae vim potentialem prae se ferunt. —

Διὸς οὐ παραβατά ἐστιν μεγάλα φρήν Aesch. Supp. 1062. et Hom. Od. 13, 109. quum poeta de duabus nympharum antri portis loquutus est, pergit: *αἱ μὲν πρὸς Βορέαο καταιβαταὶ ἀνθρώποισι.* haec porta hominibus accessa. (zugänglich.) *τύχας οὐ λόγῳ διαιρετάς* Thucyd. 1, 84. casus, qui verbis definiri non possunt. *ἀμβατὸς οὐρανος* Pind. Pyth. 9, 42. *ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα καὶ ἀμβατὰ ἀνθρώποισιν* Anal. 1, 477. *κράτος οὐ παραβατὸν* Soph. Antig. 874. *ξυγγνωστὸν* Soph. frgmt. Creus. Anal. 2, 100. Eurip. Elect. 1033. Hec. 1107. Med. 490. (ubi libri plurimi congruunt) Med. 701. Alcest. 139. Hrcld. 435, 981. ubi *Musgravius ἀσύγνωτος* conjecit, et sententiam *Hermannus* probat sensu repugnante. Bacch. 1037. Andr. 937. — *τοῖς οὐκ ἐξιτόν ἐστι* Hesiod. l. all. *ὦ Ἑλίκων οὐκ ἔτι μοι παριτέ* Callimach. l. all. *ὀστέον οὐκ ἐπιεικτὸν* Oppian. Hal. 1, 526. *μένος οὐκ ἐπιεικτὸν* Hom. Il. 8, 32. *γελαστὰ καὶ οὐκ ἐπιεικτὰ* Od. 8, 307. *οὐδ' ἀνεκτά* Il. 1, 573. *οὐκ ἔτ' ἀνεκτὰ* Quint. Smyrn. 14, 427. *ἀνεκτὸν κακὸν* Hom. Od. 20, 83. *οὐ γὰρ ἔτ' ἀνσχετὰ ἔργα τετεύχαται* 2, 63. *παραῤῥητοὶ ἐπέεσσι* Hom. Il. 9, 526. — *Ἕκτωρ ἀμήχανός ἐστι παραῤῥητοῖσι πυθέσθαι* intell. *ἐπέεσσι* 9, 526. Hoc exemplum, quod activam habet significationem, levissimam excitat opinionem, activa praedita potestate easdem fortasse in accentu sequi regulas, quas significatu potentiali insignita. *καταληπτὸς* activ. signif. Hipp. 1286. cf. *Both.* Hecub. adnot. ad v. 657. — Adjicias huic: *ἀσπίδα ἐπιφρικτὴν φολίδεσσι* Nicand. Ther. 157. serpentem squamis horrentem. Conjectura est *Bentleyi* pro vulgata lectione *ἐπὶ φρικτὴν* inaisa Dionysii Perieg. illo: *ἐπιφρίσσων φολίδεσσιν* 443. Verisimiliter librarius enormitatem vitare voluit sensus im-

memor. His accedit ἐπιεικτὸς Maneth. apotelesm. 5, 402. quod activo praeditum est sensu, et pluribus quoque ll. supr. allat. ita potest verti. — ἡμῖν γὰρ ἦν τὸ τ' Ἄργος οὐχ ὑποστατὸν Eurip. Supp. 739. nos enim et Argos possidebamus, urbem, cui nemo resisteret. — Ὀρέστης ἀναβοήσεται οὐ συνετὰ συνετῶς Iphig. Aul. 931.— συνετὸς sexcenties idem valet quod: intelligens. — ἡ δεινὰ τλᾶσα, κ' οὐκ ἀνεκτὰ, παρθένος Iphig. Aul. 931. οὐκ ἀνεκτὸν δειλίας θανεῖν σ' ὕπο Herc. fur. 286. ἀνεκτὸν Eurip. frgmt. Philoct. IV. ἀνασχετὸν Eurip. frgmt. Dict. XVI. κεῖνο δ' οὐκ ἀνασχετὸν — εἴκειν ὅδου χαλῶντα τοῖς κακίοσιν Eurip. Jon. 638. τό γε μόρσιμον οὐ παρφυκτόν Pind. Pyth. 12, 54. Ζεῦ πάτερ, οὐκ ἔτ' ἀνεκτὰ θεοῖς ἐπιμηχανόωνται — ἄνερες Quint. Smyrn. 14, 427. — καταπλαστὸν φάρμακον Aristoph. Plut. 717. non medicamentum est, quo corpus unguitur, ut *Schol.* ad h. l. dicit, sed quo unguendum est, ut convalescat. (var. ll.) περιχρεμπτὰ βρυάζεις execranda effundis Aesch. Supp. 891, nisi *Schuetzii* conjecturam sequimur, qua regula omnino violatur. — γευσάμενοι γὰρ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν, περιέξονται, οὐδὲ ἀπωστοὶ ἔσονται Herodot. 1, 71. quum enim bona nostra degustaverint, retinere ea cupient, neque se abigi patientur. — ὅταν διαβατὸν τὸ ῥέεθρον ἴδωνται γενόμενον, ἐςιέναι ταύτῃ εἰς τὴν πόλιν Herodot. 1, 191. Cyrus Babylonem obsidens militibus mandavit. τῶν λίθων παρασκευάσασθαι ἕνα ἐξαιρετὸν εἶναι ἐκ τοῦ τοίχου Herodot. 2, 121. cod. F. „exemtilis", sed ἐξαίρετος sexcenties „exemtus". ποταμοὶ προςπλωτοὶ ἀπὸ θαλάσσης 4, 47. fluvii, qui a mari adnavigari possunt. — ταφαὶ δὲ τῶν βασιλήων ἐν Γέῤῥοισι εἰσὶ, ἐς ὃ ὁ Βορυσθένης ἐστὶ προςπλωτός 4, 71. sepulcra regum Gerrhis sunt, eo loco quousque Borysthenes navigabilis. οἰκήματα περιφορητὰ 4, 190. domus portatiles. — κώθων δ' οὐ παραλειπτὸς ἀσύμβολος ἀλλὰ διωκτός Chrysipp. ap. Athenae. 1, 14. compotatio sine symbola non accipienda modo, sed et ambienda est. — ποταμὸς διαβατὸς Xenoph. Anab. 1, 4, 17. pot. et Plural. 3, 2, 13. ὄρος προςβατὸν ibid. 4, 8, 7. οὐ προορατὰ ἀνθρωπίνῃ προνοίᾳ Xenoph. Cyr. 1, 6, 19. — περιστατὸν βοῶσα τὴν κώμην ποιεῖ Theopomp. ap. Athenae. 11, 70. clamore fecit, ut totus circumstaret pagus. — ᾗ ὑπερβατὸν ἦν τὸ τείχισμα Thucyd. 3, 25. ubi munitiones transiri poterant. ποταμὸς οὐ διαβατὸς 2, 5. — His omnibus nihil commune est cum καταθνητὸς, sexcenties apud epicos, καταθνητῇσι γυναιξὶ h. Hom. Ven. 39. 250. ἀλλὰ καταθνητή τε γυνή h. Hom. Ven. 110. et ἡ δ' ἐπιμωμητή Hesiod. op. 3. in quibus praepositiones abundant. cf. Eustath. ad Hom. Il. 6, 123. —

Regulae de accentu positae non respondent: σέβας οὐκ ἐπίελπτον Oppian. Hal. 4, 311. miraculum, quod sperare non licuit. ἔκπαγλόν τε καὶ οὐ φατὸν οὐδ' ἐπί-

ελπτον 5, 468. *οὐκ ἐπίελπτα παθόντας* Quint. Smyrn. 14, 291. *ἀπόβλητον ἔπος* Hom. Il. 2, 361. *ἔπος οὐκ ἀπόβλητον φθέγξομαι ἐσσομένοις* Theocr. Id. 17, 136. *Τῶν μηδὲν ἀπόβλητον γιγνέσθω* Arat. Dios. 241. *ὄφελος οὐκ ἀπατίμητον* h. Hom. Mercur. 35. *ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἐπίοπτος* Arat. Phaen. 25. *δυοὶ μὲν προτίοπτοι ἠδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρατοὶ* Maneth. apotelesm. 2, 311. *κἂν ἄποπτος ᾖς, ὅμως φώνημ' ἀκούω* Soph. Aj. 15. Ulysses Minervam invocans dicit. — *οὐ διάκριτοι ῥοιῇσι* Maneth. apotelesm. 2, 60. *ἐπεὶ οὐ περίβλεπτος βίος δούλης γυναικὸς* Eurip. Andr. 89. *ἀνήμεροι γάρ, οὐδὲ πρόςπλαστοι ξένοις* Aesch. Prom. v. 741. *γοᾶται δὲ δήπουθεν κατάπτυστον* Aesch. Choeph. 602. *ὦ κατάπτυστον κάρα* Eurip. Troad. 1017. *ἀπόῤῥητα* potent. sexcenties. — *σὺ δ' ἔῤῥ' ἀπόπτυστός τε κ'απάτωρ ἐμοῦ* Soph. Oed. Col. 1448. — Exemplo *μοῖραν διαιρετὸν* Soph. Trach. 163. lex de genere proposita violatur, et *Lobeck.* ad enormitatem vitandam *διαίρετος* „exemtus“ scribit, potentiali enim significatione scribendum erat *διαιρετή*, quod et in Harl. et Flor. invenitur. — *οὐ σύμβλητ' ἐστὶ κυνόςβατος οὐδ' ἀνεμώνα πρὸς ῥόδα* Theocr. Id. 5, 92. — Sequentibus genus violatur: *ὀσμαὶ ἦσαν οὐκ ἀνεκτοὶ* Thucyd. 7, 87. — *γῆν ἐςβατὸν* Thucyd. 2, 41. —

Duplicem generis quidem et accentus inaequalitatem praebent: *τὴν ἀπόπτυστον φρένα* Eurip. Med. 1370. *τὴν ἀπόπτυστον δρόσον* Aristoph. Equit. 1282. *ἐπήρατος ὀπώπη* Nonn. Dionys. 10, 267. et inn. ll. *ἄμβατός ἐστι πόλις* Hom. Il. 6, 434. *τότε δ' ἄμβατός ἐστι θάλασσα* Hesiod. op. 626. *δάκρυά μοι σπένδουσαν ἐπήρατον οἰκτρὰ Θεανώ* Anal. 3, 75. *τὴν ἐπέραστον ἑταίρην* l. all.

Rem in transitu solum tractanti, nulla prorsus praecepta observare, atque in vasta linguae regione quodammodo deserta illa videntur enormia, dum is, qui diligenter et subtiliter linguam perscrutatur, illa quoque exempla analogiae cuidam subjicere conatur. Ita nobis quoque formas ultimo loco nominatas respicientibus levis obrepsit suspicio, vim quandam in accentum exercere quasdam praepositiones. At in sola existimatione ad tempus acquiescendum. Ceterum, ad huncce locum quum sit perventum, nobis imperare non possumus, quin, totum parssynthetorum gregem perscrutati, parvamque acuto finitorum copiam magno gravatorum cumulo componentes, nullam primis temporibus obtinuisse differentiam in eorum voculatione nobis videri profiteamur. Confusionem autem, qua in nostris libris notata legimus vocabula, explicasse arbitramur, sensim demum, sumentes, usu aliquot adjectiva oxytonesin nacta, postea vero regulas nobis intellectu jam difficiles propositas esse, quas non omnes observaverint. —

CAPUT III.

SIMPLICIA.

Haec, sive passiva, sive activa, sive potentiali sunt significatione, ultimam semper erigunt, triumque, aliquot modo exceptis, sunt generum. Pauca modo in promtu sunt exempla a recta et communi via aversa, quorum multa haud dubie metro danda. Illa enim, quae *Schol.* ad Aristoph. Nub. 53. affert, ineptiarum farragini ex foetutinis grammaticis procreatarum adnumeranda esse videntur. *κλυτὸς Ἱπποδάμεια* Hom. Il. 2, 742. 8, 440. *κλυτὸς Ἀμφιτρίτη* Od. 5, 422. *κλυτὸς Ὠκεανίνη* Hesiod. Theog. 956. ed. *Trincav.* — *κλυτὸς Ἠριγένεια* Oppian. Cyneg. 1, 15. var. ll. *θηκτοῖσι γενύεσσι* 2, 535. apud Turneb. et in codd. Vatic. et reg. *θηκτῇσι*. Scripturam *θηκτοῖσι* germanam, atque a poeta usurpatam esse puto, ad repetitas unius soni syllabas vitandas. — *ἀλλ᾽ οὐ πᾶσιν ἀκουστὸς ἔφυ θήρειος αὐτή* Oppian. Cyneg. 2, 542. Metro datum, mollius enim versus it, ac si ita esset compositus: *ἀλλ᾽ οὐ πᾶσιν ἀκουστὴ φῦ θήρειος αὐτή.* — *πλεκτοῖσι λαγόνεσσι* Oppian. Cyneg. 4, 146. In lexicis *λαγὼν* quidem comm. gen. esse docetur, sed loci, quos *Schneider* affert, sententiae repugnant; quantum ex poemate ipso conjicere licet, Oppianus hoc vocabulo feminino usus est: *γλαγέρῃσι λαγόνεσσι* Cyneg. 1, 332. Ubicunque ipse vocem legi, cum adjectivi forma feminina erat conjuncta. Nonn. Dionys. 14, 246. 20, 141. 36, 326. 40, 318. 48, 374. Batrachom. 230. Anal. 3, 114. 3, 315. — *θετὸς ἡ στίγμη* Aristot. Metaph. 97, 22. — *ἡ δ᾽ εὐανδρία διδακτὸς* Il. var. Eurip. Supp. 914. quod Atticum defendit Brodaeus. *θεάν, Παλλάδ᾽ ἐν μωνύχοις ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν, θετόν.* Eurip. Iphig. Aul. 251. *τί δὲ δὴ σὺ τάςδε τυμβήρεις ἕδρας — φάρει καλυπτὸς, ὦ ξένη* Aristoph. Thesm. 897. metri et hiat. vit. causa. — *ἔκ ποτέ τις φρικτοῖο θεᾶς* Anal. 2, 13. metr. — *ἰαλτὸς ἐκ δόμων ἔβην* Aesch. Choeph. 20. chorus, qui ex mulieribus constat, loquitur. *πτερωτὸς ἥδε βροντὴ* Soph. Oed. Col. 1530. et Deianira Trach. 446. *ληφθέντι, μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι* versui datum. *ζηλωτὸς ἔν γε τῷ πρὶν Ἀνδρομάχῃ χρόνῳ* Eurip. Andr. 5. — *καὶ κατθανοῦσαν χερσὶν εὖ περιστελεῖν — ζηλωτὸν ἀνθρώποισι.* Eurip. Med. 1035. — *Ἥρᾳ στυγητὸς πρὸς βίαν γυμνάζεται* intell. Jonem. Aesch. Prom. v. 594. Viteb. *στυγητῶς*. — *δακρυτὸς ἐλπὶς σπέρματος σωτηρίου* Choeph. 233. *Κύπρις οὐ φορητὸς* Eurip. Hipp. 421. alii codd. *φορητὸν*. Hanc scripturam *Bothius* summopere collaudat, amareque eum loquendi modum, ait, Euripidem. Hel. 825. *μί᾽ ἔστιν ἐλπὶς* etc. Menel. *ὠνητὸς ἢ τολμητὸς ἢ λόγων ὕπο;* $\bar{\eta}$ repetiti vitand. caus. — *ἣν ἐμοὶ πόλις — δωρητὸν οὐκ αἰτητὸν εἰςεχείρισε* Soph. Oed. tyr. 384. — *πορευτοῖο λαμπάδος* Aesch. Ag. 278. *πλαγκτὸς οὖσ᾽ ἐφαινόμην* ibid. 602. — *αὐλαίαι ζωωτοὶ* Chares ap. Athenae. 12, 54. —

Quod ad motionem per gradus attinet, adjectiva verbalia in τος terminata usitatas et pervulgatas semper fere constantissime servant leges. — ἀκορεστότατος Aesch. Pers. 551. ἀκορέστατος Soph. Oed. Col. 120. quam formam *Musgravius* sine causa ab ἀκόρεστος ortam putat, quum optimo jure ab adjectivo ἀκορής repetenda sit, praesertim quum hoc eandem vim habeat, quam illud. ἀτεκμαρτότατος Aesch. Pers. 907. πολυπλαγκτότερος Eurip. Herc. fur. 1169. ἀξύστατος Aesch. Ag. 1476 ab ἄξυστος ducendum, sed prorsus enorme. εὐληπτότατον Xenoph. Cyr. 1, 3, 7. ἀξιοπηγητότατα Herodot. 1, 17. συνετωτέρη Herodot. 1, 185. ὀνομαστοτέρην 6, 126. ἀδυνατώτερος Athenae. 1, 2. ὀπτότατος Cratin. ap. Athenae. 9, 34. πιστότερον Thucyd. 3, 38. πιστότατος Xenoph. Hell. 6, 5, 38. ὀνομαστοτέρην Herodot. 6, 126. ὀνομαστότατος Xenoph. Hell. 6, 5, 38. etc. —

PARS ALTERA.

SIGNIFICATIO.

Particula I.

Adjectiva verbalia in τέος exeuntia.

CAPUT I.

Adjectivorum verbalium in τέος desinentium apud Homerum, Hesiodum eorumque imitatores, quos sunt nacti, nec vola nec vestigium apparet, et scriptorum recentioris demum aetatis usu nobilitata, imprimis autem in sermone communi et arte celebrata esse videntur. Pertenuis eorum usus est apud lyricos vates, neque communior apud Aeschylum grandiloquum, plus exemplorum praebet Sophocles τραγικώτατος; prolixe autem fluunt apud Euripidem, philosophum scenicum, et Aristophanem comicorum principem, quorum illius diverbia ob sententiarum jejunitatem et famem saepe, hujus vero ob rem comicam saepissime ad sermonem vulgarem relabuntur. Atqui scriptores quoque, qui soluta oratione scripserunt, discrimine sunt separandi. Apud patrem historiae, instar senis, ut *Wyttenbachii* verbis utar, in solio sedentis, narrantem, perpauca modo leguntur exempla, nec multo plura inveniuntur apud

Thucydidem gravem et magnificum, sed uberrime scaturiunt apud Xenophontem candidum, fusum, facilem, quamquam et ipsius librorum severiorum et leviorum delectus est habendus; in his enim effusius prosiliunt, quam in illis. Partim ob scriptorum lubidinem et arbitrium, partim ob variandam orationem et distinguendam, vices horum adjectivorum vario modo supplentur. Interdum vero alia vocabula in eorum locum sufficiantur necesse est, quoniam non omnium verborum hujusce generis adjectiva formantur.*) —

De iis, quae ultimo loco commemorantur, dicere exordiamur. — *ὡς χρεὸν εἴη τὸν μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ μὴ ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντα* Herodot. 3, 29. non debere exercitum cum exercitu proelio commisso periclitari. — *ἡ μὲν Ἀρταβάζου (γνώμη) ὡς χρεὸν εἴη ἀναζεύξαντες τὴν ταχίστην πάντα τὸν στρατὸν ἰέναι ἐς τὸ τεῖχος τὸ Θηβαίων* Herodot. 9, 41. Artabazi sententia censentis, quam primum movenda esse castra, et ad murum Thebanorum eundum. — *ἐβουλεύοντο περὶ ἀναστάσιος τῆς Ἰωνίης, καὶ ὅπη χρεὸν εἴη τῆς Ἑλλάδος κατοικίσαι.* 9, 106. Deliberarunt de Ionia in aliam terram transferenda, et qua parte Graeciae sedes Ionibus sint assignandae. — *τοὺς (ποταμοὺς) πᾶσα ἀνάγκη διαπορθμεῦσαί ἐστι* 5, 52. qui trajiciendi sunt. — *δεῖ ὑπάρξαι* Xenoph. de re equ. 11, 1. *καθιστάναι δεῖ* Xenoph. de magist. eq. 1, 9. *προφυλάττειν δέῃ* ibid. 4, 10. *ἡμᾶς γὰρ δεήσει τὰ πλοῖα πορίζειν* Xenoph. Anab. 5, 6, 3. *ὡς χρὴ ταῦτα πράττειν, λέγοντες, ἀναπαύσασθαι φημὶ χρῆναι* ibid. 5, 6, 17. — *δεῖ διαδικάζειν* Xenoph. r. publ. Athen. 13, 4. *οἴεσθαι χρὴ* ibid. 13, 8. — *ἀνάγκη δὲ καὶ τοξεῦσαι θήριον καὶ ἀκοντίσαι ὅπου ἂν παραπίπτῃ* Xenoph. Cyr. 1, 2, 10. — *παίειν δεῖ* ibid. 1, 2, 10. *μνησθῆναι δεῖ* ibid. 1, 4, 27. — *χρὴ ἐπιμίγνυσθαι* ibid. 7, 4, 3. *δεῖ συμπαρομαρτεῖν* ibid. 7, 5, 26. *ἀνάγκη συμπαρομαρτεῖν* 8, 7, 3. — *ἀνακινδυνευτέος, ἀναζευκτέος, κατοικιστέος, διαπορθμευτέος, καταστατέος, προφυλακτέος, ποριστέος, ἀναπαυστέος, διαδικαστέος, ὑπαρκτέος, οἰστέος, τοξευτέος, ἀκοντιστέος, παιστέος, μνηστέος, ἐπιμικτέος, συμπαρομαρτητέος,* nusquam, quantum equidem scio, leguntur. —

---

*) Pind. Ol. 2, 10. *γεγωνητέον.* Anal. 3, 58 et 70. *τακτέον. λεκτέον* 3, 80. — *συγκαλυπτέον* Aesch. Prom. v. 532. *φυλακτέος* Sept. 495. *κομιστέος* Sept. 597. *ἐργαστέον* Choeph. 287. — *βουλευτέον* Agam. 856. — Apud Sophoclem viginti quatuor, apud Euripidem quinquaginta sex et apud Aristophanem quinquaginta octo inveniuntur exempla. Apud Herodotum viginti, apud Thucydidem triginta, apud Xenophontem centum octoginta duo leguntur.

Sed et variationis, ut diximus, et vicissitudinis ergo vicaria iis supponuntur, et imprimis id, de quo disputatur, apud Xenophontem promptum et propositum est. De re equestri: *ὑπτιαστέον, ἀντιληπτέον* 8, 8. *εἰδέναι δὲ χρὴ* 9, 4. *ποιητέον* 10, 11. *ἀνακρουστέον* 10, 12. *δεῖ ὑπάρξαι* 11, 1. *δεῖ διδόναι* 11, 3. *δεῖ ἐπιδείκνυσθαι* 11, 6. *ἀφαιρετέον* 12, 6. *στεγαστέον* 12, 7. *δεῖ σκεπάζειν* 12, 8. De magist. eq. *ἐπιμελητέον* 1, 3. *δεῖ ἐπιμελεῖσθαι* 1, 4. *ἀσκητέον* 1, 5. *δεῖ σκοπεῖσθαι* 1, 6. *παρασκευαστέον* 1, 7. *δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι* 1, 9. *καθιστάναι δεῖ* 1, 9. *πειρατέον* 1, 12. *δεῖ εὑρίσκειν* 1, 26. *θρεπτέον* 8, 8. *μεμνῆσθαι χρὴ* 1, 9. *φευκτέον* 8, 12. *ποιεῖν δεῖ* 9, 1. *θεραπεύειν ἔδει* Cyr. 7, 5, 18. *θεραπευτέον* 7, 5, 19. *ἐπιμελητέον* 4, 4, 2. *ἐπιμελεῖσθαι δέοι* 4, 4, 14. *πεζῇ ποιητέον. οὐ γάρ ἐστι πλοῖα. ἀνάγκη δε πορεύεσθαι* Xenoph. Anab. 6, 4, 9. et multa alia exempla, quae non tam insigniter sub oculos cadunt.

Ab hac orationis variandae et mutandae ratione licet una ex parte, ut vidimus, Xenophon non abhorreat, altera tamen ex parte acervatim hisce adjectivis passim utitur. *ἀναγκαστέον, κολαστέον, κωλυτέον, ἐπιτρεπτέον* Hier. 8, 9. *ποιητέον, μιμητέον, παρασκευαστέον, ληπτέον* Memor. 1, 7, 2. *διαμενητέον* (forma solita *μενετέον*), *προνοητέον, φυλακτέον, ἐπιμελητέον, ἐπιμελητέον* Oec. 7, 36. Maxime vero conspicua sunt haec exempla: *θεραπευτέον, εὐεργητέον, ὠφελητέον, πειρατέον, θεραπευτέον, ἐπιμελητέον, μαθητέον, ἀσκητέον, ἐθιστέον, γυμναστέον* Memor. 2, 1, 28. et *παραχωρητέον, ὑπαναστατέον, θρεπτέον, ὑφεκτέον, περιοπτέον, ἀποτιστέον, πλανητέον, μιμητέον, ληπτέον* Lac. r. publ. 9, 5. Illa decem adjectiva quatuordecim, haec novem sex amplectuntur versus. —

Si non nulla, at saltem gravis et manifesta causa non est, quod hisce vicaria expediantur: *ἐπιτρεπτέον. ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὸν εἴη ἐπιτρέπειν* Herodot. 8, 3. — *ποιητέα. — Τουτέων δὲ ἀπιγμένων, ἀναγκαίως ἔχει μοι ποιέειν ταῦτα* 8, 140. *ἐβουλεύοντο ὅτι χρεὸν εἴη ποιέειν* 9, 23. — *στατέον. — ὑμέας μὲν χρεόν ἐστι τοὺς Ἀθηναίους στῆναι κατὰ τοὺς Πέρσας* 9, 46. — *ἰτέον. — χρεόν ἐστι ἰέναι ὑμέας μὲν ἐς τόδε τὸ κέρας* 9, 46. — *μενετέον. — τῷ οὖν Δημοσθένει οὐκ ἐδόκει ἔτι χρῆναι μένειν* Thucyd. 7, 48. — *ἐξακτέον. — ἀνάγκη γὰρ ἦν ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐξάγειν* Xenoph. Anab. 6, 4, 6. *ἀνάγκη ἐστὶν ἐπιμελεῖσθαι* Xenoph. Cyr. 1, 6, 19. et simil. —

CAPUT II.

De significatione et structura adject. in *τέος* terminatorum sat actum a *Matthiaeo*, et singulae modo rationes, quibus junguntur, hic proponentur. Aut imperso-

naliter juncta eundem requirunt casum, quem verba, unde sunt ducta, aut personaliter constructa, ut latinum Particip. Fut. Pass. adaequantur subjecto. Utraque quidem structura verbo duntaxat inter se discrepat, re unum sonat. Persona, cui aliquid faciendum est, sicuti latino Particip. Fut. Pass., in Dativo apponitur. — Saepe pro neutro singularis idem genus pluralis legitur. Utrum vero idem sit utriusque numeri usus, an diversus, cognosci non potest. *Schol.* ad Aristoph. Acharn. 393.: *„βαδιστέα ἀντὶ τοῦ βαδιστέον. τὰ δὲ τοιαῦτα σχηματίζουσι καὶ πληθυντικῶς λεγόμενα. καὶ ἐν Πλούτῳ* (1086) *συνεκποτέ' ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα. ἀντὶ τοῦ συνεκποτέον. καὶ ὁ Θουκυδίδης: πολεμιστέα τοῖς Ἀθηνίοις εἶναι.* — Proprium illud judico, quo alii alio modo utebantur. Xenophon nunquam pluralem pro singulari ponit. —

Haec adjectiva paroxytonesi percutiuntur, et per genera moventur. Hanc legem nunquam excedunt. Causa, qua non moventur per gradus, ab eorum significatione proficiscitur. —

Particula II.

His rebus pro copia perfectis sermo suboriatur de adjectivis in *ιμος* desinentibus, in quorum maxima parte stirpem Futuri cognoscimus. Causa, qua moti hanc rem inserimus, ex sequentibus elucebit. Horum vocabulorum vis triplex est, aliis enim quod fieri potest aut debet, significatur, aliis quod factum est, et nonnullis Participii Praes. Act. vis subjicitur. Ad similitudinem insignem adjectivorum verbalium latinorum in *ilis* cadentium accedunt.

Κερδὼ δ' οὔτε λόχοισιν ἁλώσιμος, οὔτε βρόχοισι Oppian. Cyneg. 4, 448. vulpes neque insidiis neque tendiculis capi potest. — *κεἰ μὲν ἦν ἁλώσιμος ναῦς διώγμασιν* Eurip. Hel. 1637. et si capi posset navis persequendo. — *τὸ δ' ἁλώσιμον ἐμᾷ φροντίδι, παῖ, πόνος ὁ μὴ φοβῶν κράτιστος* Soph. Phil. 884. Hoc vero menti meae comprehensibile, puer: impavido omnia succedunt. — *Τίπτ' ἐμὲ τὴν ἀνέμοισιν ἁλώσιμον, ἠλεὲ τέκτον, τήνδε πίτυν τεύχεις νῆα θαλασσόπορον;* Anal. 3, 32. Cur me, quae ventis moveri potest etc. *ὧδε μὲν Ἀτρείδῃσιν ἁλώσιμον ἔφρασε πάτρην — Λαομεδοντιάδης.* Orph. Lith. 11, 44. expugnabilem praesagiebat patriam Atridis i. e. expugnatum iri. — *πρὸς ταύτην τὴν φήμην Ζωπύρῳ ἐδόκεε ἁλώσιμος εἶναι ἡ Βαβύλων* Herodot. 3, 153. — *ἐκείνοις τε βιαζομένοις τὴν ἀπόβασιν, ἁλώσιμον τὸ χωρίον γίγνεσθαι* Thucyd. 4, 9. et si illi per vim in terram exscendere conarentur, castrum facile capi posse. *Ἀγασίας ὁ Ἠλεῖος μάντις παρὼν εἶπεν, ὅτι κάλλιστα*

εἶεν τὰ ἱερὰ αὐτῷ, καί οἱ ὁ ἀνὴρ ἂν ἁλώσιμος εἴη. Xenoph. Anab. 7, 8, 6. et posse omnino hominem capi. *καὶ σ' οὔτ' ἀθανάτων — φύξιμος οὐδείς* Soph. Antig. 799. te nemo effugere potest. *καπνηλὸν ἄγει καὶ φύξιμον ὀδμήν* Nicand. Ther. 54. odorem foedum habet, qui aliquem fugare possit. *εὕδετ' ἐμὰ βρέφεα γλύκερον καὶ ἐγέρσιμον ὕπνον* Theocr. Id. 24, 7. somno dulci, ex quo excitari potestis, fruamini. — *τί γὰρ μόνῃ μοι τῆσδ' ἄτερ βιώσιμον;* Soph. Antig. 572. quid sine hac soli mihi vita praebebit? i. e. sine hac vivere non possum. *χρησμοῦ τε μὴ κρανθέντος, οὐ βιώσιμον.* Eurip. Held. 606. oraculo non perfecto non potuissemus vivere. — *λέγων οὐδέ οἱ εἴη βιώσιμον.* Herodot. 1, 45. se vivere non posse dicens. — *εἴ τις εἰς νόσον πέσοι, οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὐδὲ βρώσιμον* etc. Aesch. Prom. v. 488. si quis in morbum cecidit, nullum erat remedium, neque epotando aptum etc. *ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους πάντας ποιήσῃ* Aristoph. Av. 1355. si eo adduxit ciconia pullos, ut alis uti possint. — *καὶ γλυκὺ νᾶμα θάλασσα βρότοις ἀρυτήσιμον ἕξει* Anal. 2, 218. mare aquam habebit dulcem et potabilem. — *ἐς δεινὸν οὐδ' ἀκουστὸν, οὐδ' ἐπόψιμον* Soph. Oed. tyr. 1312. chorus Oedipo dicit, in terribile is; in illud, quod nemo audire, quod nemo adspicere audebit. — *θηρεύοντες οὐ θηρασίμους γάμους* Aesch. Prom. v. 883. nuptias sequentes, quas assequi nequeunt. — Aristoph. Acharn. 783. seq. Dic. *ἀλλ' οὐδὲ θύσιμός ἐστιν αὑτηγί,* Meg. *σαμάν; πᾶ δ' οὐχὶ θύσιμός ἐστι;* at haec non apta ad immolandum. Meg. cur non etc. — *οὐκ ἔχεις — εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος.* Aesch. Prom. v. 484. malus es medicus, qui nescis, quibusnam remediis ipse sis sanabilis. *καὶ τέλεα δέ μοι, πῶς πελόμενά μοι λύσιμα.* Aesch. Supp. 818. quomodo solvi possint nuptiae. — *οὔποτε καταλύσιμον, οὐδέποτε λησόμενον* Soph. Elect. 1261. quod nunquam solvi, haud unquam deleri potest. cf. *Buttm.* s. v. *λανθάνω.* — *πέλαγος οὐδὲ πλώσιμον* Soph. Oed. Col. 695. mare non navigabile. — *ἔκτειν' ἐτρέφθην, ἥνπερ ἦν πορεύσιμον* Eurip. Elect. 1046. occidi, converti me ad illam viam, per quam licebat ire. — *εἰ πορεύσιμον εἴη τὸ ἔδαφος τοῦ ποταμοῦ* Xenoph. Cyr. 7, 5, 8. explorari jussit, an vadum fluminis permeari possit. — *ἃ μὲν* (intell. *ἀλώπηξ*) *ἂν ὄρχως φοιτῇ σινόμενα τὰν τρώξιμον* (intell. *ἀλωὰν πυρναίων σταφυλῶν*) Theocr. Id. 1, 49. arrodens esculentas i. e. maturas uvas. *μίασμ' ἔλεξας οὐχ ὑπερτοξεύσιμον* Aesch. Supp. 471. nequitiam dixisti inexsuperabilem. — *πράσιμος* venalis. — *πωλεῖν δὲ τοὺς καπήλους, ὅ, τι ἔχει ἕκαστος πράσιμον* Xenoph. Cyr. 4, 5, 14. — *κρύπτον τε γάμων αἰδήσιμον ἔργον* Orph. Argon. 1335. actionem nuptiarum venerabilem occultarunt. — *οὔτε ἱππασίμη ἡ χώρη ἦν ἡ Ἀττική* Herodot. 9, 13. *Αἴγυπτον, τὸ πρὶν ἐοῦσαν ἱππασίμην* 2, 108. *καὶ ἱππάσιμον ποιήσαντες τοῦτον τὸν χῶρον* 5, 63. loco equitibus habili reddito.

ἱππάσιμα χωρία Xenoph. Cyr. 1, 4, 14. — καὶ οἱ ὄρχιες αὐτοῖσι εἰσι χρήσιμοι ἐς ὑστερέων ἄκεσιν Herodot. 4, 109. et testiculis uti possunt etc. — ἵνα ἴδη τε ναυπηγήσιμός ἐστι ἄφθονος 5, 23. ubi copiosa materies est ad construendas naves. — ξύλα ναυπηγήσιμα Thucyd. 7, 25. — ἐπὶ θαλάσσῃ — ἐς τὰ πέρατα οὐ πλωΐμῳ. Pausan. 1, 3. mare, quod in finibus navibus adiri non potest. — οὐκ ἐς τὴν ἀμφισβητήσιμον, ἀλλ' ἐς τὴν ὁμολογουμένην Xenoph. Hell. 3, 5, 4. et 3, 5, 3. de quo controversia esse potest. — ἐν τῇ στρατευσίμῳ ἡλικίᾳ Xenoph. Hell. 6, 5, 12. στρατεύσιμα ἔτη Cyr. 1, 2, 4. εὐεργεσίᾳ δὲ καὶ ἡδονῇ τὸ θηρίον τοῦτο ἁλώσιμόν τε καὶ παραμόνιμόν ἐστιν Xenoph. Memor. 3, 11, 11. beneficio et voluptate bestia illa (amasius) capi et cogi potest, ut maneat. — ὁ δὲ ἀναβὰς, ἕως μὲν βάσιμα ἦν Xenoph. Anab. 3, 4, 30. — ἐκέλευε δὲ καίειν ἅπαντα, ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν καυσίμῳ Xenoph. Anab. 6, 3, 9. et jussit comburi, quidquid offenderent, quod comburi posset. et 6, 3, 12. ἔκαιον πάντα, ὅσα καύσιμα ἑώρων quaecunque exuri posse viderent, incendebant. — εἴ που εἴη αἱρέσιμον τὸ τεῖχος Xenoph. Cyr. 5, 2, 2. num alicubi castellum capi posset. —

Sequuntur, quibus passiva inest sententia. — καί τε σὺ πνετίην ὀθόνης ποκνωπέι κόλπῳ — φύρσιμον ἠθήσαιο Nicand. Alex. 323. coagulum in linteum infusum percola. — ἐξοικήσιμος Soph. Oed. Col. 27. *Passovius* mihi non recte vertisse videtur „bewohnbar." Manifesto hic passive accipiendum. Oedipus caecus filiam interrogat: „ubi sumus?" Respondet: „regionem non novi, sed visne perquiram?" Huic ille: ναὶ τέκνον, εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος. percontare filia, si regio est habitata. Illi refert filia: ἀλλ' ἔστι μὴν οἰκητός· οἴομαι δ' δεῖν οὐδέν. πέλας γὰρ ἄνδρα τόνδε νῷν ὁρῶ. certo habitata est; puto quidem nihil deesse, nam video haud procul a nobis hominem. — ὅταν δ' ἀπευκτὰ πήματ' ἄγγελος πόλει — στυγνῷ προσώπῳ πτωσίμου στρατοῦ φέρει Aesch. Ag. 648. exercitus ad internecionem redacti. — θανάτου λεύσιμον ἄταν Eurip. Jon. 1239. mortis infortunium lapidatum i. e. qui lapidationis mortem obiit. — ἐργάσιμα χώρια Xenoph. Cyr. 1, 4, 16. — μόριμον et μόρσιμον sexc. quod fato est constitutum. —

Sunt praeterea, quibus Partic. Fut. Pass. inest intellectus. ἀρώσιμοι γὰρ χ' ἁτέρων εἰσὶν γύαι. Soph. Antig. 575. et aliorum ager arandus est. — ἀνὴρ ἄκομπος, χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον Aesch. Sept. 550. sed manus videt, quod faciendum est. — ἵνα ἐὰν ᾖ πλησίον τὸ ἀρκυστάσιον τῶν ζητησίμων Xenoph. Cyn. 6, 6. si retia prope feras inquirendas tendantur; in die Nähe der Thiere, welche aufgesucht werden sollen. — Non, ut Grammaticus „tempora vel loca indagandi," quem *Schneider* in

lexico sequitur, sed θηρία ζητήσιμα, quod ex verbis sequentibus facile conjici licet: μὴ φοβῆται, ἀκούων ὅμου τὸν ψόφον ne fera terreatur, audiens strepitum. —

Agmen claudant, quae potestatem activam prae se ferunt. τὸ δέ τοι μέγ' ἀλέξιμον εἴη Nicand. Ther. 702. valde defendens i. e. utile esset. — σιγὴ γὰρ πάσῃσιν ὀφέλσιμος ἔπλετο θήραις Oppian. Hal. 3, 49. silentium omnibus venationibus utile. οὐδὲ πόλει τόσ' ἔνειμεν ὀφέλσιμα, τόσσα Κυρήνῃ Callimach. h. Apoll. 94. Nulli urbi tot commoda tribuit, quot Cyrenae. — ἐρείψιμον στέγος Eurip. Iphig. Taur. 48. totum corruens vidi tectum. σύμβολόν ἤδη μοι μέγ' ὀνήσιμον h. Hom. Merc. 30. haec tessera utilissima mihi. et Soph. Antig. 1007. Trach. 1031. Aj. 674. Aesch. Eumenid. 924. vi act. — μέγα γάρ σφιν ὀφέλσιμον ἀνθρώποισι τῆςδε θνηπολίης Orph. Argon. 467. magnam haec sacra utilitatem hominibus praebent. — ἐργασίμου θρασύτητος Orph. h. 68, 11. et apud eundem h. 77, 12. πάντα γὰρ ἐργάσιμον βίοτον θνητοῖσι πορίζεις sensu act. — θανάσιμος saepenumero. λευσίμῳ χερί Eurip. Orest. 835. manu lapidante. — πολλοὶ μὲν ἐχθροί, παῦρα δ' ὠφελήσιμοι Soph. Aj. 1041. cf. *Musgr.* ad h. l. — τὰ δὲ τῶν ὑδάτων στάσιμα, χαλεπά Athenae. 2, 25. —

Particula III.

De significatione adjectivorum verbalium in τος cadentium.

Magnis hanc quaestionem obstructam esse difficultatibus, illi, qui contendit, nullo objectabis pacto, eum in scirpo quaesivisse nodum, si rudem, ut ita dicam, indigestamque molem horum adjectivorum, varietatem significationis, quae primo adspectu nullis ferme limitibus finita esse videtur, strigosas exilesque disputationes de hac re institutas ponderaveris; quo sinuosior enim et lascivior est materies, eo jejuniores mirum in modum sunt disquisitiones de hisce adjectivis habitae. *Buttmannus*, *Matthiaeus* ac totus Grammaticorum exercitus rem quasi per transennam adspiciunt, et ne omnes quidem horum adjectivorum significationes noverunt, nedum rationes proposuerint, quibus singula potestatis genera sint adnexa. —

Significationes principes, quas haec verbi forma sortitur, potentialis sunt et passiva, quarum hac perinde fere utuntur atque illa, quam ob rem ratio, quae in utraque obtinet, dissimillima est ei, quam Romani in iisdem Part. Perf. Pass. potestatibus observant. Tertia, quam sibi vindicant, vis, Participii Praes. Act. antecedentibus multo rarior est. Quartum intellectus obtinet locum vis et natura lat. Part. Fut.

Pass. cum omnibus et tenuissimis discriminibus; quam saepius vocabulo inesse putamus, quam inest, quamque et omne scriptorum genus excutiens, non saepe firmis fultam invenias adminiculis. De exemplis, quorum intellectus in nullum supra propositorum ordinum genus quadrat, in extrema commentatione dicetur. Jam vero tempus est, inquirere, utrum leges quaedam possint investigari, in quibus singulae potestates sint nisae, an arbitrio cujusvis fuerit permissum uno eodemque vocabulo modo hanc modo illam exprimere notionem.

Totum adjectivorum collectorum gregem perlustranti et scrutanti persuasum est: *„Simplicia et parasyntheta omnibus uti posse supra positis significationibus, reliquorum autem vim ex compositionis ratione pendere.“*

CAPUT I.

De significatu potentiali et passivo simplicium et parasynthetorum.

Praeter sermonis consuetudinem, qua nonnulla firmam sortita sunt vim, maximi est momenti in eorum potestate constituenda intellectus et notio verborum, unde sunt ducta. Quam ob rem hoc praeceptum primarium in medio pono:

Illis, quae a verbis sub sensus cadentia aut ab iis orta significantibus repetita sunt, potestas passiva, iis autem, quae a verbis animi motus et agitationes exprimentibus sunt derivata, vis potentialis devincta est. —

Inde fit, ut neutri significationi palmam adjudicemus, neque ex copia eorum, quae vim passivam habent, licet majori, colligamus, in hanc partem magis inclinare adjectiva, sed causam hujus rei casui tribuamus. Lex plurima complectitur, praeter singula quaedam infra defendenda, et nonnulla, quae originem trahunt a verbis pervulgatissimas corporis effectiones notantibus: eundi terra marique (navigandi, trajiciendi) edendi, bibendi, videndi, audiendi. —

Jam singula examinabimus exempla. —

§. 1. SIMPLICIA.

A. Agmen agant a verbis profluentia, functiones, quae sensu percipiuntur, exprimentibus. —

αἱμακτὸς sanguine conspersus. *τρίσσα φέρουσα τάδ' αἱμακτὰ σύγγονα* Eurip. Phoen. 1507. haec tria ferens cruenta cognata intell. corpora. —

αἱρετὸς delectus. — *ἕπεσθαί οἱ τῶν ἀστῶν αἱρετοὺς ἄνδρας τρεῖς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* Herodot. 8, 135. comitatos eum esse, ajunt, tres viros publice delectos. — *οἱ αἱρετοί* Xenoph. Anab. 1, 3, 21. electi. —

ἁλιστὸς salsus. — *χηνὸς ἁλιστὰ λίπη* Anal. 2, 411. adeps anserinus sale conditus. —

ἁλωτὸς captus. — *τὸ δὲ ζητούμενον — ἁλωτόν.* — Soph. Oed. tyr. 111. —

ἀναγκαστὸς coactus. — *ἐπεὰν γὰρ ἀποθάνῃ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, ἐκ πάσης δεῖ Λακεδαίμονος, χωρὶς Σπαρτιητέων, ἀριθμῷ τῶν περιοίκων ἀναγκαστοὺς ἐς τὸ κῆδος ἰέναι* Herodot. 6, 58. — *οἱ μὲν ἀναγκαστοὶ ἐςβάντες* Thucyd. 7, 13. alii coacti naves conscenderunt. — *καὶ Σικυώνιοι ἀναγκαστοὶ στρατεύοντες* Thucyd. 7, 58. —

ἀριθμητὸς numeratus. — *ψάμμον ἀριθμητὴν ἀρτιάσαι ψεκάδα* Anal. 3, 158. sabulum Libyae vastitatis numeratum accurate referre i. e. numerare. —

ἁρπαστὸς raptus. — *φέρει δ᾽ ἐπί σοί με, Μυΐσκε — ἁρπαστὸν κώμαις ὁ γλυκύδακρυς Ἔρως* Anal. 1, 14. abreptum cantibus me ad te fert dulciter flens Amor. —

ἀσκητὸς elaboratus. — *στάμονος ἀσκητοῦ* Anal. 2, 12. subteminis diligenter elaborati. — *ἀσκητὸς ἐϋστρόφοισι κορύμβοις* 2, 13. ornatus coma in gradus fracta. — *νήματος ἀσκητοῖο* Hom. Od. 4, 134. filorum accurate netorum. — *ἀσκητοῖς χρίμασι* Xenophan. ap. Athenae. 12, 31. exquisitis unguentis. —

βαπτὸς tinctus. — *βαπτὸν ἁλὸς πολιῆς ἄνθεσι κεκρύφαλον.* Anal. 2, 1. reticulum floribus maris ravi intinctum. — *βαπτῶν ἱματίων* Athenae. 12, 29. vestes tinctae. — *βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν.* Eurip. Hipp. 114. —

βασταχτὸς nisus. — *εἴθ᾽ εἴην δελφὶς, ἵν᾽ ἐμοῖς βασταχτὸς ἐν ὤμοις* Anal. 1, 5. utinam essem delphinus, ut puer humeris meis innisus etc. —

βλητὸς jactus. — *ἢ βληταὶ θνήσκουσι λεχωΐδες* Callimach. h. Dian. 127. aut caesae moriuntur puerperae. — *βλητὸν ὑπ᾽ Ἀπόλλωνος ἐμαὶ χέρες ἐκτερέιξαν* apud eund. h. Cerer. 102. Ab Apolline percussum manus meae sepeliverunt. —

γλυπτὸς sculptus. — *γλυπτὸν ὑπὲρ τύμβου κείμενον ἀστάγαλον* Anal. 1, 242. talum sculptum in tumulo jacentem. — *γλυπτὸν τόνδ᾽ ἐχάραξε νόον* Anal. 2, 30. signum caelo incisum. — *διαυγέος ἐξ ἀμεθύστου γλυπτή* intell. *Ἴυγξ* Anal. 3, 173. —

γναμπτὸς curvatus. — *γναμπτῇσι γένυσσιν* Hom. Il. 11, 416. *χαλκείοις γναμπτοῖσιν ἐπείκελοι ἀγκίστροισιν* Oppian. Cyneg. 2, 167. — *γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ λαβυρίνθου* Callimach. h. Del. 311. — *ἄμπελος ὡς γναμπτοῖσι καθελκομένη θυ-*

9

σάνοισι Tryphiod. 83. intell. cauda densis crinibus obsita trahitur, sicuti etc. — *γναμπτοῖς ἀγκίστροισι* Hom. Od. 4, 369. —

γραπτὸς scriptus. — *Κορωνὶς, ἐρκοῦρος, γραπταῖς πιστότατα σέλισι* Anal. 1, 38. *οὐχ ἑτέρου γραπτὸν ἀπ' ἀρχετύπου* intell. *Ἔρωτα* Anal. 1, 230. non ad alius exemplaris similitudinem pictum. — *κάλλος ἱμερώτατον οὐ γραπτὸν ἀλλ' ἔμψυχον ἐξεμάξατο* Anal. 1, 231. non pictam deae formositatem, sed animatam expressit. — *κάλλος ὅλον γραπτοῖο μελάθρου* Nonn. Dionys. 3, 182. — Sin illa stella hora natali exoritur. Maneth. apotelesm. 3, 161. dicit, *νείκεα καὶ κρίσιας γραπτῶν χάριν ἠὲ παλαιῶν — ἔργων ἴσχουσιν, θωὴν δ' ἐπὶ τοῖσιν ἔπλησαν. γραπτὰ ἠὲ παλαιὰ* veteres habeo pactiones, neque opus est *παλαιῶν* in *ματαίων* mutetur, et male hic cessisse puto conjecturam *Astio*, viro alioquin ingenioso. —

δινωτὸς rotundatus. — *δινωτὴ δ' ἄλυσις* Oppian. Hal. 5, 139. — *ἀντία δινωτοῖο Θυτηρίου* Arat. Phaen. 439. „gegen den Sternaltar den gerundeten" *Voss.* — *ἐν δινωτοῖσι λεχέεσσι* Hom. Il. 3, 391. — *ἡ δ' ἄρα μούνη — ἧστο δόμῳ δινωτὸν ἀνὰ θρόνον* Apoll. Rhod. 3, 44. —

δωρητὸς donatus. — *εἰ τῆςδε γ' ἀρχῆς οὕνεχ', ἣν ἐμοὶ δωρητὸν οὐκ αἰτητὸν εἰςεχείρισεν* cf. 1, 3, 3. —

ἑλικτὸς flexus. — *ἑλικτὸν ῥόμβον* Anal. 1, 229. — *μινύθεσκεν ἑλικτή — ἁρμονίη ῥηχθεῖσα φερεσσακέων τελαμώνων* Tryphiod. 10. imminuitur fibula torta lororum clypeos ferentium disrupta i. e. belli tumultus desiere. *δράκων ἑλικτὸς* Soph. Trach. 12. — *ἑλικτὰ κωτίλλουσα δυςφράστως ἔπη* Lycophr. 1466. verba flexa garriens i. e. obscura. — *ἀνάπτυξας κύτος εἰλικτὸν ἀντίπηγος* Eurip. Jon. 40. — *κισσὸς ὃν περιστεφὴς ἑλικτὸς εὐθὺς ἔτι βρέφος χλοηφόροισι ἔρνεσιν* intell. *Βρόμιον* Phoen. 655. — *ἑλικτὸν κρούσω πόδ' ἐμὸν* pedem flexum i. e. se flectentem Elect. 180. —

ἑφθὸς coctus. — *Τὰ δ' ἐκ λέβητος ἑφθὰ καὶ τετηκότα* Eurip. Cycl. 245. — *ἑφθά τε δαινύμενος* ibid. 371. etc. — cf. s. v. *ὀπτός*. —

ἑψητὸς coctus. — *ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν* Xenoph. Anab. 2, 3, 9. —

ζευκτὸς junctus. — *ὑγρὸν ἱεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων* Anal. 1, 171. labium ad junctum applicans calamum. —

θετὸς positus. — *καὶ ἤν τις θετὸν παῖδα ποιέεσθαι ἐθέλῃ, βασιλήων ἐναντίον ποιέεσθαι* Herodot. 6, 57. et si quis adoptare voluerit filium i. e. si acceptum etc. — cf. 1, 3, 3. —

θηκτὸς acuminatus. — *ἔκτανε θηκτῷ σαυρωτῆρι* Anal. 1, 228. *θηκτὸν ξίφος*

Anal. 1, 595. *θηκτῷ σιδήρῳ* Eurip. Phoen. 68. *θηκτὸν φάσγανον* Med. 40. — *ῥινὸς σχιστὸς θηκτὸς* ab Oppiano Cyneg. 2, 528. elephanti cutis nominatur. — cf. *Ballu* ad h. l. —

θλαστὸς elisus. — *τὰς δὲ θλαστὰς μελαίνας* (*ἐλαίας*) *εὐστομαχωτέρας* Diphil. ap. Athenae. 2, 47. et Aristoph. apud eundem ibid. *θλαστὰς γὰρ εἶναι κρεῖσσόν ἐστιν ἁλμάδος.* olivae contusae. —

ἰαλτὸς ejectus. — cf. 1, 3, 3. —

καλυπτὸς occultus. — *νύμφα ἀπειρόγαμος τεύτλῳ περὶ σῶμα καλυπτὰ* etc. anguilla. — Eubul. ap. Athenae. 7, 56. *καὶ καταῤῥυεῖς — μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς* Soph. Antig. 1011. —

καυστὸς ustus. — *οὐκοῦν σὺ τάξεις, οὕστινας πρώτους χρεὼν — καυστὸν μοχλὸν λαβόντας ἐκκάειν τὸ φῶς* etc. Eurip. Cycl. 626. —

καμαρωτὸς fornicatus. — *τῶν δὲ παρθένων αἱ μὲν ἐπὶ κανάθρων, καμαρωτῶν ξυλίνων ἁρμάτων φέρονται* Didym. ap. Athenae. 4, 17. Virginum autem aliae canathris, fornicatis ligneis carpentis vehuntur. —

καπνιστὸς fumo siccatus. — *κρέως δὲ καπνιστοῦ* Athenae. 6, 108. —

κεδρωτὸς cedrio unctus. — *κεδρωτὰ παστάδων ὑπὲρ τέρεμνα* Eurip. Orest. 1365. —

κεραστὸς mixtus. — *καὶ τὰ κεραστὰ δάκρυα τοῖς λύπης πᾶσιν ἔμιξε πόνοις* Anal. 3, 213. omnia lacrimis perfudit. —

κεστὸς incisis imaginibus compunctus, arte phrygionica nota: „acu pictus.“ — *κεστὸς ἱμὰς* Hom. Il. 14, 214. Nonn. Dionys. 48, 282. —

κλαστὸς fractus. — *σοὶ τὰ νεοπλήκτου κλαστὰ κύπελλα μέθης* Anal. 3, 84. —

κλειστὸς clausus. — *καί εἴ τι ἄλλο βεβαίως κλειστὸν ἦν.* Thucyd. 2, 17. et si quis alius locus bene clausus erat. — *καὶ ὁλκάδας προώρμισε πρὸ τοῦ σφετέρου σταυρώματος, ὃ αὐτοῖς πρὸ τῶν νέων ἀντὶ λιμένος κλειστοῦ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπεπήγει* Thucyd. 7, 38. et onerarias produxit ante vallum, quod ab ipsis, portus conclusi loco, ante naves in mari defixum erat. —

κλυτὸς vocatus, clarus. — sexcenties. —

κλωστὸς netus. — *κλωστὴν ἐκπληροῦσι βίου θνητοῖσι πορείην* intell. *γενεαὶ τέχναι* Maneth. apotelesm. 4, 169. homini netam sive attributam explent vitam i. e. sortem constituunt, qua utetur. — *κλωστοῖσι κατέπλεκον ἄνθεσιν ἵππον* Tryphiod.

346. sertis redimiverunt equum. — *κλωστοῦ δ' ἀμφιβόλοις λίνοισι, ναὸς ὡςεὶ — σκάφος κελαινὸν* Eurip. Troad. 540. —

κνηστὸς concisus. — *κνηστοῦ ἄρτου* concisi panis Hegesipp. ap. Athenae. 12, 12. —

κνιστὸς ead. signif. — *ἐπεὶ δὲ καὶ ὄρνεις ἐπῆσαν ταῖς κολοκύνταις καὶ ἄλλοις κνιστοῖς λαχάνοις (οὕτω δ' εἴρηκεν Ἀριστοφάνης τὰ σύγκοπτα λάχανα)* Athenae. 9, 15. concisis oleribus. —

κολλητὸς conglutinatus. — *ὄμμασι κολλητοῖσι* Nonn. Dionys. 25, 284. *ἅρμασι κολλητοῖσι* Hom. Il. 4, 366. — *κολλητὰς σανίδας* apud eund. ibid. 9, 575. *κολλητῶν ὄχων* Eurip. Hipp. 1225. — *ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν* Herodot. 1, 25. scutella ferruminata aenea. —

κοπτὸς tusus. — *τυρὸς κοπτὸς* Antiphan. ap. Athenae. 9, 66. —

κρεκτὸς pulsatus. — *ὁμοῦ κρεκτὸν γοήτων νόμον μεθήσομεν* Aesch. Choeph. 777. —

κρεμαστὸς suspensus. — *ὀξικόμοιο κρεμαστὸς ἀπ' εὐλίπεος κατὰ πεύκης* Anal. 3, 212. — *οὗ δὴ κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ' ἐςείδομεν — πλεκταῖς ἑώραις ἐμπεπλεγμένην.* Soph. Oed. tyr. 1263. — *κρεμαστὸς ὢν πρὸς ἀλήθειαν ἐκ τούτων (ἐπιθυμιῶν)* Athenae. 12, 72. —

κρικωτὸς anulatus. — *ψιλοτάπιδα κρικωτὴν* Cephisodor. ap. Athenae. 12, 71. vile tapetum anulis instructum. —

κροτητὸς concussus. — *κτύπῳ ἐπιῤῥοθεῖ κροτητὸν ἀμὸν καὶ πανάθλιον κάρα* Aesch. Choeph. 426. —

κρυπτὸς occultus. — *ἐρημαίῃ κρυπτὸν ὑπὸ σπιλάδι* Anal. 2, 127. amicum sub scopulo deserto sepultum. — *κρυπτὸν ἀνηΰτησεν ἔπος ζηλήμονι φωνῇ* Nonn. Dionys. 10, 288. invidiosa dixit voce occultum verbum. — *κρυπτὸν δόλον κεύθων* Tryphiod. 221. absconditum celans dolum. — *ζητεῖν ὅπου λέληθεν κρυπτὸς ἀνὴρ* Aristoph. Thesm. 607. *κρυπταὶ δὲ ῥαφαί εἰσιν* Apollon. Rhod. 3, 139. — *δαινυμένοισι δὲ ἐπεῖναι τὸν ποταμὸν δι' αὐλῶνος κρυπτοῦ μεγάλου* Herodot. 2, 100. — *ἐπεποίητο γάρ οἱ κρυπτὴ διῶρυξ, ἐκ τῆς ἀκροπόλιος φέρουσα ἐπὶ θαλάσσαν* Herodot. 3, 146. *ἐπὶ τῆς κρυπτῆς τάφρου τάμνοντες ὅρκια* 4, 201. — *ἔτι δὲ τῷ μὲν κρυπτὰς ἔχοντι φυλακὰς ἐξέσται* Xenoph. de magist. eq. 4, 12. cf. praeterea Eurip. Bacch. 98. 549. Ion. 73. 430. 1524. Elect. 525. 922. Hipp. 139. 154. Andr. 1065. Rhes. 560. 970. etc. —

κτητὸς acquisitus. — *γυναῖκα κτητὴν οὐ γαμέτην* Hesiod. op. 376. — *μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν, τὰ κτητὰ δὲ — κτᾶσθαι κελεύει πάντας, οὐκ ἐς ἁρπαγάς.* Eurip. Hel. 903. —

κυλιστὸς volutus. — *στεφάνῳ κυλιστῇ* (haud dubie *κυλιστῷ* corrigendum) *κοκκυμήλων πεπόνων,* corona ex prunis maturis voluta. Alexis ap. Athenae. 2, 33. — *σύκων κυλιστὸν στέφανον* idem apud eund. 15, 23. —

λεπιδωτὸς squamatus. — *ἔχει καὶ δέρμα λεπιδωτόν* Herodot. 2, 68. —

λιστρωτὸς laevigatus. — *λιστρωτὸν ἅλω δρόμον* Nicand. Ther. 29. aream complanatam. —

λογχωτὸς cuspidatus. — *δίθυρσον τοῦτο τὸ λογχωτὸν* Anal. 3, 44. — *λογχωτὸν βέλος* Eurip. Bacch. 760. —

μεστὸς impletus. — *τὸ στόμα ἔνδοθεν φορέει μεστὸν βδελλέων* Herodot. 2, 68. — *ξυμμάχων πάντα μεστὰ εἶναι* Xenoph. Hell. 2, 3, 18. *θηρίων μεστοὺς* 4, 1, 14. etc. —

μικτὸς mixtus. — *μικτὸν γὰρ ἔην βρέτας Ἑρμαφροδίτου* Anal. 2, 460. *λοιβῆς καὶ θυέων μικτὸν ἔδωκα γέρας* ibid. 3, 54. —

μισθωτὸς conductus. — *Ἀργεῖοι μισθωτοὶ* Herodot. 1, 61. etc. —

μοιχευτὸς adulterio maculatus. — *μοιχευτὰ λέχη μελάθροισιν ἔχοντας* Maneth. apotelesm. 4, 350. toros geniales maculatos habentes. —

ναστὸς fartus. — *ναστὸς* ap. Athenae. 3, 27. libum nominatur compactum. — Aristoph. Plut. 1143. *ναστὸς εὖ πεπεμμένος.* —

νητὸς coacervatus. — *ὅθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο* Hom. Od. 2, 338. ubi auri et aeris acervi jacebant. —

ξεστὸς rasus. — *λίθου ξεστοῦ* Xenoph. Anab. 3, 4, 6. et sexcenties. —

ξυστὸς ead. signif. — *τέμνουσ᾽ ὑγρὰ κέλευθα παρὰ ξυστοῖς κροκάλοισι* Orph. Argon. 1099. — *δούρασί τε ξυστοῖσι* Apollon. Rhod. 2, 1063. — *τυρὸς ξυστὸς* Antiphan. ap. Athenae. 9, 66. etc. —

ὀγκωτὸς erectus. — *ὀγκωτοῦ τάφου* tumuli erecti Anal. 2, 264. —

ὀνομαστὸς nominatus. — *ὀνομαστοὶ ἐν ἀθανάτοισιν ἔσεσθε* Anal. 2, 46. clari eritis. — *ὁ γὰρ ἀνὴρ — ὀνομαστός ἐστιν* Xenoph. Hell. 6, 1, 14. celebratus vir. etc. —

ὀπτὸς tostus. — *Δήμητρος παῖδ᾽ ὀπτὸν ἐπεισελθόντα πλακοῦντα* Anal. 2, 264. libum, Cereris filium sive donum, tostum. — *τοὔψον ὀπτὸν* Aristoph. Eq. 1103.

promulsis tosta. — *σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ, θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖστ' ἂν εἰςίδοις* Soph. Antig. 480. ferrum induratum ignique rigidum saepissime etc. — *ἑφθὰ καὶ ὀπτὰ* Eurip. Cycl. 357. — *ἐν τῇ (ἡμέρῃ τῇ ἕκαστος ἐγένετο) οἱ εὐδαίμονες αὐτῶν βοῦν καὶ ἵππον καὶ κάμηλον καὶ ὄνον προτιθέαται, ὅλους ὀπτοὺς ἐν καμίνοισι* Herodot. 1, 133. — *αἱμασίῃ πλίνθων ὀπτέων* 1, 180. *τοὺς λοιποὺς ὀπτοὺς καὶ ἑφθοὺς σιτέονται* 2, 77. *ποιεῦνται ἐξ αὐτοῦ (λωτοῦ) ἄρτους ὀπτοὺς πυρί* 2, 92. — *κρέας ὀπτὸν βοός* Athenae. 1, 15. *κρέα ὀπτά* 1, 20. etc. —

ὀρεκτὸς porrectus. — *αἰχμηταὶ, μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσι — θώρηκας ῥήξειν* Hom. Il. 2, 543. —

ὀρυκτὸς fossus. — *ὀρυκτῆς γαίης* Anal. 2, 162. — *τάφρον ὀρυκτὴν* Hom. Il. 9, 67. — *τὸ δὲ Βολβίτινον στόμα καὶ τὸ Βουκολικὸν οὐκ ἰθαγενέα στόματά ἐστιν, ἀλλ' ὀρυκτά* Herodot. 2, 17. non nativa sunt ostia, sed effossa. *ὅτι δὲ χειροποίητός ἐστι καὶ ὀρυκτὴ, αὐτὴ (λίμνη) δηλοῖ* 2, 149. — *τάφρος ἦν ὀρυκτή* Xenoph. Anab. 1, 7, 11. — *αἱ δ' εἴςοδοι τοῖς μὲν ὑποζυγίοις ὀρυκταί* ibid. 4, 5, 19. etc. —

πασσαλευτὸς affixus. — *ὑπαίθριος δεσμοῖσι πασσαλευτὸς ὤν.* Aesch. Prom. v. 114. —

παλτὸς vibratus. — *παλτῷ πυρὶ* Soph. Antig. 133. projecto igne i. e. fulgure. —

πεμπτὸς missus. — *ἄγοντες Ἀθηναίων ἐς Λακεδαίμονα ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμπτοὺς πρέσβεις.* Thucyd. 8, 86. —

πηκτὸς coagmentatus. — *πηκτόν μοί τις ἄροτρον ἐπ' αὐχένι καὶ ζύγα θέσθω* Anal. 2, 21. *λάϊνα πηκτὰ βέλεμνα* Nonn. Dionys. 2, 543. *πηκτὴν θύραν* Anal. 2, 87. *ἅλα πηκτὸν* Nicand. Alex. 518. aquam salsam spissatam. *ἄροτρον πηκτὸν* Hesiod. op. 403. oppos. *ἄροτρον αὐτόγυον.* *πηκτὸν ἄροτρον* Hom. 13, 703. Od. 13, 32. — *ἐν χθονὶ πηκτὸν ἔγχος* Soph. Aj. 918. gladius in terram infixus. — *πηκτῶν κλιμάκων προςαμβάσεις* Eurip. Phoen. 492. compactarum scalarum gradus. — *τυρὸς πηκτὸς* Antiphan. ap. Athenae. 9, 66. caseus coagulatus. —

πλαγκτὸς agitatus. — *νήσοιο πλαγκτῆς* Apollon. Rhod. 3, 42. et apud eundem *πλαγκτὰς πέτρας* 4, 786. meergepeitscht. — Hic significatus vocabuli passivus in lexicis desideratur. —

πλαστὸς fictus. — *πλαστὰ πέδιλα* Anal. 2, 356. *οὐ κρύπτει πλαστὸν ἔρωτα χρόνος* ibid. 1, 119. — *ἐκ λόγου πλαστοῦ ἐπινείκαντές οἱ αἰτίην ἐδίωξαν* Herodot. 1, 68. notione tralata. — *κιτὸς πλαστὸν ἐκ γαίης* Antiphan. ap. Athenae. 10, 70.

vasculum factum ex terra. — *καὶ τέλος ἐδήλωσαν, ὅτι οὐ πλαστὴν τὴν φιλίαν παρείχοντο* Xenoph. Ages. 1, 38. tandem declarabant, non ei se fictititiam benevolentiam exhibere. —

φερτὸς latus. — Per translationem: „tolerabilis.“ — cf. s. vocibus: *μαχητὸς* et *θρεπτὸς*. —

χειρωτὸς superatus. — *οὕτω εὐπετέες χειρωθῆναί εἰσι* Herodot. 5, 49. ita facile capi possunt. —

χωρητὸς captus. — Per translationem: „intelligibilis.“ — *εὐπετέως δὲ ὑμῖν ταῦτα οἷά τέ ἐστι χωρέειν* Herodot. 5, 49. haec vobis sunt parabilia. —

ὠνητὸς emtus. — cf. s. v. *ληπτὸς*. —

§. 2. Multorum autem verborum, sive corporis effectiones significant, sive animi functiones exprimunt, intellectus potentialis necessario praebentur vices, quum eorum adjectiva verbalia in *τος* terminata omnino desiderentur. — Formae desideratae tales proferentur, quales confingi ex analogia potuissent. —

ἀκτὸς. — cf. §. 1. huj. cap. s. v. *μαχητὸς*. —

ἀμαρτητός. — *ὑπὸ δὲ τῆς πλατύτητος οὐδὲ ἁμαρτεῖν οἷόν τε ἦν αὐτῶν* (intell. *κάπρων*) Xenoph. Cyr. 1, 4, 11. tanta quidem erant latitudine, ut ictus aberraret non posset. —

ἀμυντός. — *ἀδύνατα ἦν ἐν τῷ παρόντι τοὺς Λοκροὺς ἀμύνεσθαι* Thucyd. 4, 1. —

ἀναίρετος. — cf. s. v. *πλευστός.* —

ἀνεύρετος. — *ζήτησιν μεγάλην ἀπὸ σφέων γενέσθαι τῶν γυναικῶν τουτέων. καὶ ἀνευρεῖν μέν σφεας οὐ δυνατοὶ γενέσθαι.* Herodot. 2, 54. sed reperiri eas non potuisse. —

ἀντάερτος. — *ἐλπίσαντές σφεας οὐκ οἵους τε ἔσεσθαι ἔτι χεῖρας ἀνταείρασθαι* Herodot. 7, 212. —

ἀπάλλακτος. — *οὐδὲ γὰρ ἀπαλλαγῆναι δυνατὸν αὐτῆς ἐστι* (intell. *τυραννίδος*) Xenoph. Hier. 7, 12. neque enim ea quis liberari potest. —

ἀπείκαστος. — *οὐκοῦν, ἔφη, καὶ ταῦτα δυνατὸν ἀπεικάζειν* Xenoph. Memor. 3, 10, 4. ergo haec quoque, inquit, repraesentari possunt. De animi loquitur sensu in vultibus exprimendo. —

ἀπέλευστος. — *τοῖς δὲ κατὰ γῆν οὐχ οἷόν τε ἀπὸ τῆς σφετέρας αὐτῶν ἀπελθεῖν πολλῶν ἡμερῶν ὁδόν* Xenoph. r. publ. Ath. 2, 5. —

ἀποπείρατος. — *ἐντειλάμενος πανταχῇ μιν χρησόμενον ἐλθεῖν, τῶν οἷά τε ἦν σφι ἀποπειρήσασθαι* Herodot. 8, 133. dato mandato, ut, quaque versus iret, et quorumcunque oraculorum effata explorare posset, ea consuleret. —

ἀπόσπαστος. — *οἱ δὲ ἐπεί τέ μιν ἀποσπάσαι οὐκ οἷοί τε ἀπέλκοντες ἐγίνοντο* Herodot. 6, 91. hi vero, quum abstrahere hominem non possent. —

ἀποτείχιστος. — *ὅπως μὴ οἷόν τε ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις μέχρι τῆς θαλάσσης ἀποτειχίσαι* Thucyd. 6, 101. ne Athenienses murum usque ad mare producere possent. — *ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι — μηκέτι οἷοί τε ὦσιν ἀποτειχίσαι* apud eund. 7, 4. —

ἀπόφευκτος sive *ἀπόφυκτος.* — *τὴν πεπρωμένην μοίρην ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν καὶ θεῷ* Herodot. 1, 91. Pythia Croeso respondit imperio privato. —

ἀποχώρητος. — *οὐ γὰρ ἔτι ἀποχωρεῖν οἷόν τ' ἦν, ἀπὸ τῶν ἱππέων* Thucyd. 7, 78. nam propter hostium equitatum non jam poterant illinc recedere. —

ἀφήγητος. — *εἶδον ὀστέα ὀφίων καὶ ἀκάνθας πλήθεϊ μὲν ἀδύνατα ἀπηγήσασθαι* Herodot. 2, 75. —

βοηθητός. — *βοηθήσιμος* **Theophr. h. pl. 9, 16. pot.** — *εἰ δ' ἄρα αὐτοὺς ὑμέας καταλελάβηκε, ἀδύνατόν τι βοηθεῖν* **Herodot. 9, 60. sin vos ipsi occupati sitis, ut succurrere nobis non possitis.** —

δεσμευτός. — **cf. s. v.** *κατάκτατος.* —

δηλωτός. — *πολλά ἐστι τὰ λόγῳ μὲν οὐχ οἷά τε δηλῶσαι* **Herodot. 3, 72.** —

διαβίβαστος. — **cf. s. v.** *φυλακτός.* —

διάπνευστος. — *ὁ Τιβουρτῖνος (οἶνος) λεπτός, εὐδιάπνευστος* **Athenae. 1, 48.** — *οὐ δύναται ὀρθοῦσθαι, οὐδὲ ταῖς αὔραις διαπνεῖσθαι* **Xenoph. Sympos. 2, 25. neque suo tempore expandi neque auris perflari possunt. (intell. plantas imbre nimio irrigatas.)** —

διέξιτος. — *περὶ δὲ τῶν πτερῶν, τῶν Σκύθαι λέγουσι ἀνάπλεων εἶναι τὸν ἠέρα, καὶ τουτέων εἵνεκα οὐκ οἷά τε εἶναι οὔτε ἰδεῖν τὸ πρόσω τῆς ἠπείρου οὔτε διεξιέναι, τήνδε ἔχω γνώμην* **Herodot. 4, 31.** —

δικαστός. — *ἐν αἷς (ἑορταῖς) οὐχ οἷόν τε δικάζειν* **Xenoph. r. publ. Ath. 13, 8. quibus exerceri judicia non possunt.** —

δίωστος. — *Οἱ δὲ Σκύθαι δόντες σφίσι λόγον, ὡς οὐκ οἷοί τέ εἰσι τὸν Δαρείου στρατὸν ἰθυμαχίῃ διώσασθαι μοῦνοι* **Herodot. 4, 102.** —

ἔκπλωτος. — *ὅτι νῦν, οὐδ' ἢν θέλωσι, Κορίνθιοι, οἷοί τε ἔσονται ἐκπλῶσαι* **Herodot. 8, 79. ne, si velint, quidem facultatem esse Corinthiis enavigandi.** —

ἐκπολιόρκητος. — *Λύσανδρος λογισάμενος, ὅτι οἷόν τε εἴη ἐκπολιορκῆσαι τοὺς ἐν τῷ Πειραιεῖ* **Xenoph. Hell. 2, 4, 19. Lysander cogitans, fieri posse ut celeriter expugnarentur.** —

ἑκτός **sive** *σχετός.* — *καὶ ὡς οὐ δυνατοὶ αὐτὴν* **(intell.** *νεότητα)* *ἴσχειν εἰσὶ Ἀργεῖοι μὴ οὐκ ἐξιέναι* **Herodot. 9, 12. nec Argivos cohibere illos, ne exirent, potuisse.** — *καὶ σῖτον οὐκ οἷόν τε ἔχειν* **Xenoph r. publ. Ath. 2, 5.** —

ἐλευστός. — *διὰ ταχέων οἷόν τε ἐφ' ἕκαστα ἐλθεῖν* **Thucyd. 1, 80.** —

ἐξακτός. — *καλέσας δὲ τοὺς κατηγεμόνας τῆς ὁδοῦ, εἴρετο, εἰ τὸν ποταμόν ἐστι παρατρέψαντα ἑτέρῃ ἐς θάλασσαν ἐξαγαγεῖν.* **Herodot. 7, 128. interrogavit, fierine posset, ut fluvius alia parte in mare derivaretur.** —

ἐξάφετος. — **cf. init. huj. cap.** —

ἐξέλευστος. — *ὅθεν οὐχ οἷόν τε ἔσται ἐξελθεῖν* **Xenoph. Anab. 1, 3, 17. unde non est facultas exeundi.** —

ἐξεύρετος. — ὥστε μὲν γὰρ βέλτιον ἔχειν τὴν πολιτείαν, οἷόν τε πολλὰ ἐξευρεῖν Xenoph. r. publ. Ath. 13, 9. nam ut respublica melius affecta sit, multa excogitari possunt. —

ἐπιστράτευτος. — θέρους γὰρ δι' ἀνυδρίαν ἀδύνατα ἦν ἐπιστρατεύειν Thucyd. 3, 88. —

ἐπιτέλεστος. — ἀδύνατον νομίσαντα εἶναι ἐπιτελέσαι βασιλεῖ ἃ ὑπέσχετο Thucyd. 1, 138. quod fieri non posse putavit, ut omnia, quae regi promisisset, rata faceret. —

ἐπιχείρητος. — εὐθὺς μὲν ἀδύνατα ἦν ἐπιχειρεῖν Thucyd. 1, 125. fieri non potuit, ut statim aggrederentur. —

ἐργαστὸς. — ἐργάσιμον factum et quod fieri potest. —

θρυπτὸς. — ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶ μὲν εὔθρυπτα Mnesith. ap. Athenae. 8, 54. Haec vero omnia carne sunt friabili. —

θυτὸς. — θύσιμος. — οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἑκάστῳ τῶν πενήτων θύειν Xenoph. r. publ. Ath. 2, 9. —

ἱππαστὸς. — ἱππάσιμος. —

καθόρατος. — τοὺς γὰρ ἔσω τεταγμένους τοῦ τείχεος — οὐκ οἷά τε ἦν κατιδέσθαι Herodot. 7, 208. —

κατάκτατος. — τούτους δὲ μήτε κατακτείνειν, μήτε δεσμεύειν οἷόν τε Xenoph. Hier. 6, 14. At illi omnes neque occidi neque vinculis constringi possunt. —

κατάλυτος. — ἐγκλήματα γὰρ καὶ πόλεων καὶ ἰδιωτῶν οἷόν τε καταλῦσαι Thucyd. 1, 82. nam publicae quidem et privatae criminationes tolli non possunt. —

κρατητὸς. — cf. s. v. περαιωτὸς. —

ναυπηγητὸς. — ναυπηγήσιμος. —

νοσφιστὸς. — ὧν (χρημάτων) οὐκ ἀγνοῶ, ὅτι δυνατὸν ἡμῖν νοσφίσασθαι ὁπόσα ἂν βουλώμεθα Xenoph. Cyr. 4, 2, 19. quorum non ignoro fieri posse, ut, quantum velimus, avertamus. —

οἰκονόμητος. — τὰς δὲ Σαρδιανὰς βαλάνους φρυγείσας εὐοικονομήτους Athenae. 2, 43. Sardianas glandes tostas faciles esse ad digerendum. —

ὀρθωτὸς. — cf. s. v. διάπνευστος. —

παρασκεύαστος. — οὐχ ἅμα μὲν οὖν πάντα παρασκευάζεσθαι δυνατὸν, λέγεσθαι δὲ ῥᾴδιον Athenae. 1, 8. Omnia quidem simul parari nequeunt, sed facilius exponi possunt verbis. —

πάρεκτος sive *παράσχετος.* — *τά τε γὰρ ἄλλα, ὅσα εἴχομεν, καὶ πρὸς τὰ οἷά τε ἦν ἐξευρόντας παρέχειν, πάντα ὑμῖν πάρεστι* Herodot. 5, 20. nam et quaecunque in promptu habuimus, et quae insuper vobis praebenda potuimus reperire, ea vobis adposita sunt. —

παρέλευστος. — *ἐρωτώμενος δ' εἰ εἴη τι ἐν αὐτῇ δύςβατον χωρίον, ἔφη, εἶναι ἄκρον, ὅ, εἰ μή τις προκαταλήψοιτο, ἀδύνατον ἔσεσθαι παρελθεῖν.* Xenoph. Anab. 4, 1, 18. —

παρόρμητος. — *οὐ γὰρ ᾤετο οἷόν τε εἶναι, μὴ αὐτόν τινα ὄντα, οἷον δεῖ, ἄλλους παρορμᾶν ἐπὶ τὰ καλὰ* etc. Xenoph. Cyr. 8, 1, 4. nec enim fieri posse putavit, ut, qui talis ipse non esset, qualem esse oporteret, is alios ad res praeclaras incitaret. —

παυστός. — *οὔκων δυνατὸν εἶναι τῶν ἐκ Σπάρτης οὐδέτερον* (intell. *βασιλέα*) *παῦσαι τῆς ἡγεμονίης* Herodot. 7, 149. fieri non posse, ut alterutri Spartanorum regi abrogaretur imperium. —

περαιωτός. — *διεξιέναι ἐψηφίζετο, καὶ μὴ διατρίβειν, ἕως ἔτι τὸ πέλαγος οἷόν τε περαιοῦσθαι, καὶ τοῦ στρατεύματος ταῖς γοῦν ἐπελθούσαις ναυσὶ κρατεῖν* Thucyd. 7, 47. constituit, ut transirent neque morarentur, dum mare trajici posset etc. —

περαντός. — *ἐδίδασκον ὡς καλὰ μὲν εἴη τὰ ψηφίσματα, οὐ μέντοι δυνατὰ ταχὺ περανθῆναι* Xenoph. Hell. 5, 2, 15. praeclara quidem haec esse decreta, dixerunt, fieri tamen non posse, ut brevi perficerentur. —

περιτείχιστος. — *οἱ δὲ παρῳκοδομήκασιν ἡμῖν τεῖχος ἁπλοῦν, ὥστε μὴ εἶναι ἔτι περιτειχίσαι αὐτοὺς* etc. Thucyd. 7, 11. illi vero murum simplicem juxta nostrum excitaverunt, ita ut eos circumvallare non jam possemus. —

πλευστός. — *ἀνὰ τὸν ποταμὸν γὰρ δὴ οὐκ οἷά τέ ἐστι πλέειν οὐδενὶ τρόπῳ* Herodot. 1, 194. — *καὶ χοιράδες πολλαί εἰσι, δι' ὧν οὐκ οἷά τέ ἐστι πλεῖν* Herodot. 2, 29. — *ἐγὼ δὲ ἀπολογούμενος, ὡς διὰ τὸν χειμῶνα οὐδὲ πλεῖν μὴ ὅτι ἀναιρεῖσθαι τοὺς ἄνδρας δυνατὸν ἦν* Xenoph. 2, 3, 18. Tum equidem me defendens ostendi, vi tempestatis ne navigari quidem, nedum naufragos tolli potuisse. —

πολεμητός. — *ἐπορέω γὰρ ὑμῖν οὐκ οἵοισί τε ἐσομένοισι τὸν πάντα χρόνον πολεμεῖν Ξέρξῃ* Herodot. 8, 140. Perspectum enim habeo, fieri non posse, ut perpetuo bellum geratis cum Xerxe. —

πρόςοιστος sive *πρόςφερτος.* — *βοηθέειν οὐ βουλόμενοι, ἀναγκαίην ἡμῖν οὐδεμίην οἷοί τέ ἐστε προςφέρειν* Herodot. 7, 172. —

προχώρητος. — *ὡς ἄγοντι μέν οἱ ἡσυχίην οὔτε τι προχωρέειν οἷόν τε ἔσται τῶν πρηγμάτων* Herodot. 8, 108. quoniam, si quietem ageret, nihil suarum rerum promovere posset. —

σημαντὸς. — *κραυγῇ οὐκ ὀλίγῃ χρώμενοι, ἀδύνατον ὂν ἐν νυκτὶ ἄλλῳ τῳ σημῆναι* Thucyd. 7, 44. nec parvum ediderunt clamorem, quod alia ratione indicari non potuit etc. —

στρατευτὸς. — *στρατεύσιμος.* — *οὐκ ἐδόκει δυνατὸν εἶναι στρατεύειν* Thucyd. 2, 102. —

σύναρτος. — *οὐχ οἷόν τε συνάρασθαι εἰς τὸ αὐτὸ τὰς πόλεις* Xenoph. r. publ. Ath. 2, 2. fieri non potest, ut urbes ad idem consilium conjungantur. —

σύντακτος. — *οὐδὲ γὰρ συντάττειν τοὺς τοιούτους* (intell. *ἵππους λακτίζοντας*) *δυνατὸν* Xenoph. de magist. eq. 1, 15. non enim calcitrones in acie collocari possunt. —

σωτὸς. — *φάσκοντες γὰρ, οἷόν τε εἶναι σῶσαι τοὺς ἄνδρας.* Xenoph. Hell. 2, 3, 18. dicentes, servari potuisse viros. —

ὑπέρβλητος. — *ἅμα δὲ κατεφαίνετό σφι εἶναι ἀδύνατα τὰ βασιλῆος πρήγματα ὑπερβαλέσθαι* Herodot. 6, 13. simulque intelligentes, superari non posse regis exercitum. — *ὑπὸ δὲ ἐτησιέων ἀνέμων ὑπερβαλέειν Μαλέην οὐκ οἷοί τε γενέσθαι* 7, 168. sed etesiis prohibitos esse Maleam circumvehi. —

φραστὸς. — *οὐκ ἔχω φράσαι* Herodot. 8, 133. et saepe. —

φυλακτὸς. — *νομίσαντες ὅτι οὐ δυνατὸν ἔσοιτο τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἅμα μὲν τὴν ἑαυτῶν χώραν φυλάττειν — ἅμα δὲ στράτευμα διαβιβάζειν* Xenoph. Hell. 5, 4, 62. —

§. 3. Subeunt ceteroquin vices adjectiva quoque, quae aut potentiali aut utroque et potentiali et passivo insignita sunt intellectu, ornatus ut videtur et varietatis causa. —

ἀμφισβήτητον quod in controversiam vocari potest. — *ἀμφισβητήσιμον.* —

γνωστὸς, γνωτὸς notus et qui nosci potest. — *τοῦτον τὸν χρησμὸν οὐκ οἷοί τε ἦσαν γνῶναι* Herodot. 3, 58. pro: *οὗτος ὁ χρησμὸς οὐκ ἦν αὐτοῖς γνωστός.* — *ἄλλους μὲν γὰρ γινώσκειν τοὺς μὲν οἷόν τ' εἶναι, τοὺς δ' οὔ.* Xenoph. Cyr. 7, 2, 7. alios enim partim cognosci posse, partim non posse. —

διαβατὸς permeabilis, — *οὗτος (ὁ ποταμὸς) μέγας οὕτω ἐῤῥύη, ὥστε τοὺς ἱππέας μὴ οἵους τε γενέσθαι διαβῆναι* Herodot. 8, 138. ita auctus est, ut transire eum non possent. —

διδακτὸν quod discitur et disci potest. — cf. init. huj. cap. —

διωκτὸς quem persequuntur et quem persequi possunt aut debent. — *πολὺ γὰρ οὐχ οἷόν τε ἦν ἀπὸ τοῦ ἄλλου στρατεύματος διώκειν* Xenoph. Anab. 3, 3, 7. non enim procul a copiis ceteris persequi licebat. — Paucis verbis interpositis legitur *διωκτέον*. — *πολὺ μὲν οὐχ οἷόν τε χωρίον ἀπὸ τοῦ στρατεύματος διώκειν* apud eund. ibid. 3, 3, 10. —

ἐξαίρετος exemtus, *ἐξαιρετὸς* exemtilis. — *ἐνθαῦτα οἱ Περσέων στρατηγοί, πυθόμενοι τὸ πλῆθος τῶν Ἰάδων νεῶν, καταῤῥώδησαν, μὴ οὐ δυνατοὶ γένωνται ὑπερβαλέσθαι, καὶ οὕτω οὔτε τὴν Μίλητον οἷόν τε ἔωσι ἐξελεῖν* Herodot. 6, 9. ibi tum duces Persarum, cognita Ioniarum navium multitudine, veriti sunt, ut has superare et Miletum capere possent. — *οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε οὐκ οἷοί τε ἐγένοντο ἐξελεῖν τὴν Ἄνδρον* 8, 121. quum Andrus iis esset inexpugnabilis. —

ἐπιστητὸν quod sciri potest. — *ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι ἀνθρώπῳ δυνατὸν εἶναι τὰ ὄντα πάντα ἐπίστασθαι;* Xenoph. Memor. 4, 6, 7. ergone tibi videtur omnia scire posse hominem? —

εὑρετὸν quod inveniri, explicari potest. — *ἐθαύμαζε δ' εἰ μὴ φάνερον αὐτοῖς ἐστὶν, ὅτι ταῦτα οὐ δυνατόν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν* Xenoph. Memor. 1, 1, 13. — Apud eundem vero ibid. 4, 7, 6. *οὔτε γὰρ εὑρετὰ ἀνθρώποις αὐτὰ ἐνόμιζεν εἶναι* neque enim haec ab hominibus explicari posse (rationem intellige, qua usus, deus universum effecerit.) —

κερδαντὸν quod lucro parari potest. — *ἀλλ' οἷς ἂν οἱ ἄλλοι ἐργάζωνται, τούτοις σὺ χρήσῃ, οὐδενὸς ἀπεχόμενος, ὅθεν ἂν δυνατὸν ᾖ τι κερδᾶναι* Xenoph. Memor. 2, 1, 25. sed aliorum laboribus tu frueris, nec ab ulla re abstinebis, de qua capi aliquid lucri possit. —

λεκτὸν dictum et quod dici potest. — *οὐκ ἔχω εἶπαι* Herodot. sexcenties. —

μαθητὸς scientia comprehensibilis. — *ὁπόθεν οἷόν τε ἦν μαθεῖν τι ὠφέλιμον εἰς στρατηγίαν.* Xenoph. Memor. 3, 5, 23. unde disci poterat aliquid, quod ad artem imperatoriam conferret. — *πάσας μὲν οὖν τὰς ἐπιστήμας οὔτε μαθεῖν οἷόν τε ἡμῖν ἐδόκει* Xenoph. Oecon. 6, 5. —

ὁρατὸς visus et aspectabilis. — *ὑψηλὸν δὲ οὕτω δή τι λέγεται, ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι* Herodot. 4, 184. — cf. §. 2. huj. cap. s. v. *διέξιτος*. —

συμβλητὸς comparabilis. — *τούτῳ γὰρ οὐκ οἷά τέ ἐστι συμβαλέειν ἄλλον ποταμὸν* Herodot. 4, 53. cum hoc enim conferri potest etc. — Significatione mutata: *ἀκούων δὲ Ξέρξης οὐκ εἶχε συμβαλέσθαι τὸ ἐὸν* 7, 209. —

χρηστὸς utilis, bonus. — χρήσιμος. — *τῷ δὲ πλήθει τῶν σχαλίδων οἷόν τέ ἐστι χρῆσθαι πρὸς* etc. Xenoph. Cyneg. 2, 9. furculis ad retia uti licet. — cf. init. huj. cap. —

In hisce ad tempus acquiescamus, exemplorum rationibus non satis ad hanc rem spectantibus collectorum defectu accuratiorem de re instituere disquisitionem impediti. Quod enim unicuique accidit, ut de re aliqua quaerens, statim ab initio non constituere, quin imo ne divinare quidem possit, quo quaestionis cursu deferatur, id et mihi evenit. —

CAPUT III.

Sunt vero, quae quodammodo regulam supra propositam subvertunt. At non est, quod miremur, nam discrimina in rebus, quae sejunctae sunt a sensibus, posita arctis includi nequeunt finibus, neque desunt transitus et gradus, etsi non cujusvis oculis primo adspectu occurrant, quibus sensim ac pedetentim notiones distinctae coalescant. — Inveniuntur utique exempla quoque, quae legibus prorsus sunt contraria, sed haec traducenda sunt ad licentiam libertatemque linguae, unde emanavit notum illud ac tritum: „*nulla regula sine exceptione.*“ Huc vero minime sunt referenda illa, quae leguntur apud scriptores posterioris aetatis, et optimi soli rem inclinare possunt. — Quam ob rem non incommodum mihi esse videtur huic rei rationem comparare, quae in usu adjectivorum verbalium latinorum in īlis et bīlis exeuntium obtinebatur. Praeter aliquot Participia Perf. Pass. ut: inaccessus unzugänglich, infectus nicht thunlich, invictus unbesiegbar etc. haec adjectiva sola significatus potentialis vices tuentur. Ipsa vero perrara sunt, et saepissime eorum notiones apud scriptores optimos pluribus verbis exponuntur. Aetatis aeneae demum et luteae scriptores temere atque audacter haec adjectiva toties effingebant, quoties illa ipsis opus erant. Gliscere coepit eorum usus et vocabula, ut: visibilis, vincibilis, noscibilis, tangibilis, inductibilis, remissibilis et similia trita fuerunt atque usitata. Iisdem casibus adjectiva graeca sunt jactata, et significationis discrimina, quae principio intercedebant, ita ab iis, qui postera aetate exstiterunt, sunt deleta et obliterata, ut quodcunque adjectivum promiscue modo hoc modo illo insigniretur significatu. —

Transitus, de quibus diximus, in nostro argumento efficiuntur adjectivis: *κλυτὸς* quod saepe: cujus nomen auditum est: i. e. „clarus“ significat, nunquam vero, „qui

audiri potest“ declarat. — *δακρυτὸς*, quod Aesch. Choeph. 234. passivam habet vim, aliis vero locis potentialiter est accipiendum e. g. *ἠϊθέων δακρυτὸς ἅπας μόρος· ἐν δὲ θαλάσσῃ — πλεῖστα πολυκλαύτου κήδεα ναυτιλίης* Anal. 1, 491. Quam arcte autem inter se colligatae sunt lacrimandi et lugendi notiones? — His adjungamus forma discrepantia *γνωστὸν* quod nosci potest, *γνωτὸς* notus. Videndo noscimus. — *διδακτὸν* quod discitur, et quod disci et doceri potest, valet. *ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει — τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν* Eurip. Hipp. 79. quibus nihil studio partum, sed qui ab ipsa natura castitatem sortiti sunt. *Barn.* — *δίδαξον εἰ διδακτόν* Soph. Trach. 684. si doceri potest, doceas. — *πάλιν δὲ ἐρωτώμενος, ἡ ἀνδρεία πότερον εἴη διδακτὸν ἢ φυσικὸν* Xenoph. Memor. 3, 9, 1. iterum interrogavit, utrum fortitudo acquiri posset doctrina, an esset natura. — *τοῦτο γὰρ παντάπασιν οὐ διδακτὸν ᾤμην εἶναι* Xenoph. Oecon. 12, 10. *ὁ δέ τις, ὡς οὐδὲ διδακτὸν τοῦτο εἴη (νικηφόρον παγκρατίου γενέσθαι) ἕτερος δέ τις* Xenoph. Sympos. 2, 7. ne doceri quidem id posse dixit. — *καὶ ἡ ἀνδρεία διδακτόν* Xenoph. Sympos. 2, 12. — En tibi explicatio! Dicendo nos et discere et docere memento. Similia sunt: *φατὸς, ῥητὸς, λεκτὸς*, quae semper fere cum negationibus conjuncta inveniuntur, et ut nostra: „unsäglich, unaussprechlich“ transferuntur. — Intellectum translatum haec etiam prae se ferunt: *στρεπτὸς*. — *στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοὶ* Hom. Il. 9, 493. dii ipsi moveri possunt, i. e. misericordiae non sunt expertes. — *στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν* ibid. 15, 203. Iris Neptuno contra Jovem ferociter exsurgenti: „homo prudens rationibus adduci potest.“ — *δωρητός*. — *ἥρωες δωρητοί τε πέλοντο παράῤῥητοι τ' ἐπέεσσι* Hom. Il. 9, 526. heroes donis et verbis placabiles. — *ἀκεστὸς*. — *ἀλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον. ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν* Hom. Il. 15, 203. sed mederi studeamus, prudentes sunt placabiles. De Agamemnone et Achille sermo est. Significatio, quam *Passov.* h. l. vocabulo attribuit, vix probari potest. — *φυκτὸς*. — *μὴ δὴ νῆας ἕλωσι καὶ οὐκέτι φυκτὰ πέλωνται* Hom. Il. 16, 128. Achilles Patroclo dicit: ne naves capiant et inevitabilia incidant i. e. ut fugere nequeamus et hic manere cogamur. — *νῦν δ' οὐκέτι φυκτὰ πέλονται* Od. 1, 426. non jam est evitabile i. e. moriendum est. — *οἵαν ἐδήλωσας ἀνδρὸς αἴθοπος ἀγγελίαν, ἄτλατον οὐδὲ φευκτάν* Soph. Aj. 223. nuntium intolerabilem et inevitabilem. — *ὀνομαστὸς*. — *Γάλλῳ δ' οὐδ' ὀνομαστὸν ἄχος* intell. *λέων* Anal. 1, 495. infinita calamitas. — *σχέτλιον οὐκ ὀνομαστὸν* h. Hom. Ven. 254. miserum et incredibile. — *ὁρᾶτέ μ' ὅσπερ ἦν περίβλεπτος βρότοις, — ὀνομαστὰ πράσσων* Eurip. Herc. fur. 508. inspicite me, quem homines admirabantur, qui clara feci. — *μετρητὸς*. — *ὦ πένθος οὐ μετρητόν* Eurip. Bacch. 1242. o moerorem infinitum. In *τῆς ἤτοι μῆκος μὲν, ὅ κύντατον ἔτρεφεν αἶα — ὀργυιῇ μετρητόν* Nicand. Ther. 169. sane id valet, quod

metiendo assequi licet. — *αἱρετός.* — *Κροῖσος μὲν δὴ ταῦτα οἱ ὑπερέθετο, αἱρετώτερα ταῦτα εὑρίσκων Λυδοῖσι, ἢ ἀνδραποδισθέντας πρηθῆναί σφεας* Herodot. 1, 156. optabiliora Lydis ratus etc. — *οὕτω ὁ μὲν θάνατος, μοχθηρῆς ἐούσης τῆς ζόης καταφυγὴ αἱρετωτάτη τῷ ἀνθρώπῳ γέγονε* Herodot. 7, 46. — *οἰστός.* — *ἐνθυμώμεθα δὲ καὶ ὅτι εἰ μὲν ἡμῶν ἦσαν ἑκάστοις πρὸς ἀντιπάλους περὶ γῆς ὅρων διαφοραί, οἰστὸν ἂν ἦν* Thucyd. 1, 122. cogitemus autem, si singulis quidem nostrum cum paribus adversariis de agri finibus esset controversia, hoc ferri posse. — *ὅμως δὲ ὑπὸ μεγέθους τοῦ κρεμαμένου ἔτι κινδύνου, πάντα ταῦτα αὐτοῖς οἰστὰ ἐφαίνετο* Thucyd. 7, 75. Haec tamen omnia propter periculi impendentis magnitudinem ipsis tolerabilia videbantur. — *μαντευτὸς* oraculo significatus Xenoph. Anab. 6, 1, 14. Interdum tam finitima est significatio potentialis passivae, ut dubius haereas, utram repudies. Haec ratio est vocabulo *ἀγαπητός.* — *μοῦνος ἐὼν ἀγαπητὸς* intell. *υἱὸς* Hom. Od. 2, 365. *νῦν αὖ παῖδ' ἀγαπητὸν ἀποκτεῖναι μεμάασι* ibid. 5, 18. *παῖδ' ἐπὶ κόλπῳ ἔχουσ' ἀταλάφρονα νήπιον οὕτως — Ἑκτορίδην ἀγαπητόν* Il. 6, 402. Adjectivi *στενακτὸς Schneider* s. v. significationem passivam affert, sed locus quo eam fulsit, nihil probat. Soph. Oed. Col. 1734. *ἀνὴρ γὰρ οὐ στενακτὸς, οὐδὲ σὺν νόσοις — ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετο,* quibus verbis nuntius narrationem de mirabili Oedipi morte concludit. Si in hac enuntiatione *στενακτὸς* passive accipitur, non modo in totum sermonem repugnantia inducitur, sed etiam sub loco ipso nulla prorsus subjecta est vis. Eratne nondum satis viri infortunium a filiabus deploratum? Tota fere fabula ex lamentationibus est contexta. — Est igitur interpretandum: „plorans“ i. e. „doloribus vexatus,“ quae significatio sequentibus quoque: *ἀλγεινὸς σὺν νόσοις* atque amussi sententiae convenit. *Passovius* quidem ipse vim passivam ponit, sed locos non affert. — *θνητὸς* „mortalis“ bis legitur intellectu: „mortuus,“ quem *Schneider* omnino non novit, *Passovius* incertum vocavit, novissimaeque demum editioni sine locis adjecit. Eurip. Supp. 273. ubi hoc significatu instructum invenimus, vis illa vocabuli tam manifesta et expressa est, ut si aliter vertas, sensum nullum accipias. *τέκνων δὲ θνατῶν κόμισαι δέμας, ὦ μελέα 'γω — οὓς ὑπὸ τείχεσι Καδμείοισι ἀπώλεσα κούρους.* — Codicum et editionum scriptura est servanda, et nulla conjectura admittenda, praesertim quum eadem significatione vox Herc. fur. 485. legatur. *ὦ φίλτατ', εἴ τις φθόγγον εἰςακούσεται — θνητῶν παρ' Ἅιδῃ, σοὶ τάδ', Ἡράκλεις, λέγω,* etc. —

Regulam non sequuntur haec: *περίακτοι δίφροι* Artemon. ap. Athenae. 14, 41. sellae versatiles. — *καὶ αὐτὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα τὸν περιαιρετὸν ἀπόδυσας κόσμον* Pausan. 1, 25. et Minervae ipsius, quae removeri poterant, ornamenta omnia

exportaverat. — καὶ περιαιρετὸν εἶναι ἅπαν (intell. χρυσίον τοῦ ἀγάλματος τῆς Ἀθηνᾶς) Thucyd. 2, 13. — εἰδότες ὅτι ταύτῃ (κατὰ πόλεις) μόνον ἁλωτοί ἐσμεν Thucyd. 6, 77. — πάντα μὲν οὖν ἔμοιγε δοκεῖ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ ἀσκητὰ εἶναι Xenoph. Memor. 1, 2, 23. — σιγῇ ὡς ἀνυστόν Xenoph. Anab. 1, 1, 8. — σίτῳ ἢ ἀνυστὸν μετριωτάτῳ Xenoph. Lac. r. publ. 1, 3. modico quam maxime fieri potest pane. — τρωτὸς vulnerabilis. Hom. Il. 21, 568. καὶ γάρ θην τούτῳ τρωτὸς χρὼς ὀξέϊ χαλκῷ. — Eurip. Hel. 810. οὕτω σιδήρῳ τρωτὸν οὐκ ἔχει δέμας; Adjicias his ea, quae in prioribus allata sunt. —

CAPUT IV.

De reliquis simplicium et parasynthetorum significationibus.

Significatio Participii Praesentis Activi, quae non solum in simplicibus et parasynthetis, sed etiam in synthetis inest, nisi tam saepe legeretur, formis latinis Participii Perf. Pass. speciem exhibentibus, vim autem ejusdem modi activi sortientibus, sicuti: pransus, osus, pertaesus et similibus, quae *Zumpt.* §. 663. affert, comparari posset. Horum similia autem pauca modo inveniuntur exempla, de quibus in extremo capite sequ. agetur. Utrum numerus adjectivorum in τος terminatorum, quibus Part. Praes. Act. subjectus est intellectus, intra firmos ac stabiles coercitus sit terminos, sicuti formarum latinarum, quas modo commemoravimus, an certis potestas adnexa sit verborum generibus, an denique ea uti ex lubidine pependerit hodie non jam constitui posse videtur. Discrimina enim in exemplis, quae sunt in promptu, inveniri nequeunt, quare, si judicium ferendum est, in sententiam ultimo loco positam pedibus est eundum. Magnopere quidem rationibus quibusdam iuvestigandis sum discruciatus, sed frustra, nam omnes, quae animum subibant, opiniones, usus pertinacia infringebantur. Exemplis passim jam allatis aspergas haec: στενακτὰν ἰαχὰν θρηνήσω Eurip. Phoen. 1311. — αἰσχρὰ καὶ λωβήτ' ἔπη Soph. Phil. 616. — λωβητὸν ἐμπόλημα τῆς ἐμῆς φρενός Trach. 547. — ῥυτὰν παγὰν προϊεῖσα κρημνῶν Eurip. Hipp. 123. — πλωτὸς navigans Nonn. Dionys. 1, 54. — στατὸς stans ibid. 1, 17. — χολωτὸς irascens Hom. Od. 22, 225. Il. 15, 210. — ἑρπετὸς οὐδὲ ποτητὸς Apoll. Rhod. 4, 1240. — θρηνητὸς Maneth. apotelesm. 6, 498. — μιμητὸς apud eund. 6, 525. — νηκτὸς Anal. 1, 226. 2, 282. — πλαγκτὸς ibid. 2, 187. — ἱπέροπτος ibid. 2, 365. — δεπνηστὸς Nicand. Ther. 761. — ἐπινήχυτος Orph. Argon. 39. — συνετὸς intelligens, sexcenties et permulta alia. —

Reliquum est, ut de paucis inquiram exemplis, quibus Participii Fut. Pass. vis est subjecta: *εὐκτὸς ὁ τῶ βατράχω, παῖδες, βίος* Theocr. Id. 10, 52. optanda est, filii, ranae vita i. e. digna est, quae expetatur. — *ἀλλ' ἀπόλοιτο εἰ δύο μισητοὺς ἀνθ' ἑνὸς ὀψόμεθα* Anal. 3, 170. sed pereat, si duos odio dignos pro uno videamus. — Eodem modo vertendum: *μισητὴ κεφαλή* intell. *ἀλιτροῦ φωτὸς* Anal. 2, 150. *αἰακτὸς θάνατος* ibid. 3, 288. mors deploranda. — *ὅδ' ἐγὼν, οἶ, οἶ, αἰακτός* Aesch. Pers. 935. o me deplorandum! — *οὐδὲν σὺ μεμπτὸν ἐνθάδ' ὤν, ἐρεῖς ἐμοί* Soph. Oed. Col. 1091. nihil contemnendum dixisti. — *ἐμοὶ μὲν δοκεῖ ἐλευθέρῳ μὲν ἀνδρὶ εὐκτὸν εἶναι, μὴ τυχεῖν δούλου τοιούτου* Xenoph. Memor. 1, 5, 5. Mihi quidem videtur libero homini optandum esse etc. — Probationem potentissimam autem, qua nititur potestas „dignus," hic praebet locus: *ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθματοί* Theocr. Id. 14, 48. — Significationis propriae Participii Fut. Pass. satis clarum nobis suppeditant argumentum haec: Soph. Oed. Col. 1425. *οὐ κλαυτὰ δ' ἐστιν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα* hoc mihi non est deplorandum, sed ferendum; nostrum: „das hab ich nicht zu beklagen, sondern zu tragen." — *οὕτω πάντα ᾤετο χρῆναι βατά τε αὐτῷ καὶ ἐξαιρετέα εἶναι* Arrian. 4, 21, 5. — Itidem Eurip. Hel. 669. Hel. ἒ ἔ! *πικρὰς ἐς ἀρχὰς βαίνεις·* — ἒ ἔ! *πικρὰν δ' ἐρευνᾷς φάτιν.* Men. *λέγ', ὡς ἀκουστὰ πάντα δῶρα δαιμόνων:* dic modo, nam omnia mala, quae divinitus immittuntur, audire i. e. ferre debemus, officium est ferre. — *τῶν τελετῶν παραινῶ, μή μοι ξένον τορεύσῃς, μὴ φευκτὸν ἱστόρημα* Anal. 1, 89. ne insolitum, ne, quod fugiendum est, dic mihi. — *κράτος δ' ὅτῳ κράτος μέλει — παραβατὸν οὐδαμῇ πέλει* Soph. Antig. 886. imperium illi, penes quemcunque est, non transeundum. — *αὐτόνομοί τε ἐλείφθημεν οὐ δι' ἄλλο τι ἢ ὅσον αὐτοῖς ἐς τὴν ἀρχὴν εὐπρεπείᾳ τε λόγου καὶ γνώμης μᾶλλον ἐφόδῳ ἢ ἰσχύος, τὰ πράγματα ἐφαίνετο ἐπιληπτά.* Thucyd. 3, 11. ubi *Goeller* recte ita vertit: „aus keinem andern Grunde, als weil sie glaubten, sie müßten, um die Herrschaft zu gewinnen, die Sache mehr mit List als mit Gewalt angreifen." — *κώθων δ' οὐ παραλειπτὸς ἀσύμβολος, ἀλλὰ διωκτὸς* Chrysipp. ap. Athenae. 1, 14. compotatio sine symbola non accipienda sed ambienda est. — Hanc utique in provinciam adjectivis verbalibus in *τέος* desinentibus propriam veluti precario haec admissa videntur. —

Participii Praes. Pass. potestatem haec sunt sortita: *ζητεῖται, πότερα τῶν ἐμπνευστῶν ἐστιν ὀργάνων ἡ ὕδραυλις, ἢ τῶν ἐντατῶν; ἐντατὸν οὖν καὶ καθαπτὸν οὐκ ἂν νομισθείη· ἐμπνευστὸν δ' ἂν ἴσως ῥηθείη* etc. Aristocl. ap. Athenae. 4, 75. quaeritur, hydraulus utrum instrumentis sit adnumerandus, quae inflantur, an iis,

quae intenduntur? non igitur in eorum numero habendus erit, quae tenduntur, pulsanturque; instrumentum, quod inspiratur, nominari possit etc. — ὁ μὲν Ἀριστόξενος προκρίνει τὰ ἔντατα καὶ κάθαπτα τῶν ὀργάνων τῶν ἐμπνευστῶν, ῥᾴδια εἶναι φάσκων τὰ ἐμπνευστά Athenae. 4, 75. —

CAPUT V.

De synthetorum potestatibus.

§. 1. *A nominibus composita.* —

Duabus modo insignita sunt significationibus, passiva atque activa, quarum illa est frequentior. Plurima utramque nancisci possunt virtutem; sunt vero quoque, quae usu increbrescente alteram utram vim sortita sunt, ut v. g. δακρυσίστακτος lacrimas stillans, nunquam vero lacrimis stillatus. — Nostrum jam est singula vocare ad cognitionem, atque quae utroqueversum dicantur, quae sint hoc illove significatu praedita, monstrare. — Ne vero quis de crambe recocta nobiscum expostulet, aut sincerum vas incrustare me dicat, ea, quae jam in lexicis sunt tradita, et a sententia ex summa lectionis orta non abhorrent, mittamus, judicium autem de illis, ad quae ob locorum defectum momentum nondum afferre possumus, rejiciamus. — De iis hoc loco erit sermo, quae a viris doctis non satis accurate tractata esse videntur. — ἀνδροδάϊκτος Aristoph. Ran. 1295. Aesch. Choeph. 860. „viros interficiens." — *Schneider* praeterea significationem „a viris interfectus" novit, sed locos eosdem affert, quos ego, in quibus solam vox obtinet vim activam. *Passovius* sine causa, ut videtur, ei adstipulatur. λαιμότμητος „jugulatus" Eurip. Hec. 207; intellectus autem activus: „guttur secans" Aristoph. Thesm. 1063. utrumque fugit. Vocabuli κρυσταλλόπηκτος significatio passiva utrique sola nota, ejusque auctorem *Schneider* Euripidem affert. Vox, quantum equidem scio, semel apud Euripidem legitur, ibique, si passive eam accipias, aliena efficiuntur. Rhes. 441. Mentio ibi fit ventorum, qui Pontum, Thraciam et Paeoniam perflant, glaciem facientes. Ventos autem congelatos non novimus, et si essent, non jam terras et mare perflare possent. — νιφόβλητος neque in *Schneidri* neque in *Passovii* libro vim inveni activam, quae expressa est Nonn. Dionys. 2, 529. νιφοβλήτου Βορέαο. — Vocis πολύκμητος sententia activa utrumque praeteriit: πολυκμήτων μερόπων Nonn. Dionys. 7, 55. — Omnino omissa sunt in lexicis: νεόπληκτος cf. s. v. κλαστὸς 2, 3, 1, 1. — νεοπλήκτου μέθης ebrietas, qua nuper eramus percussi. — νεόπνευστος, quod legimus Nonn. Dionys. 25, 549.

νεοπνεύστου νέκρου hominis rursus spirantis. *Falkenb.* scripsit *νεοπλεύστοιο* ignotum quoque lexicis. Sed quo tandem modo, ita legens, locum vertas? —

Seorsum ab his dicendum de significatione potentiali, quae a vocabulis in hoc genus incidentibus prorsus abhorret. Nunquam enim inveniuntur loci, ubi v. g. vocabulis *ἡλιόκαυστος* „qui sole uri potest“ aut *θεόδμητος* „qui a deo domari potest“ declaratur. Herodot. I, 193. *καὶ ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ἐστὶ νηυσιπέρητος* navibus trajici potest. codd. F. Pa. Pc. — Sine dubio huic scripturae praeferenda est vulgata *νηυσὶ περητός*. Signo *ὑφ' ἕν* est *παράθετον* non *σύνθετον*. Utraque ceterum pars est integra. Cf. 1, 3, 1, 4. et Herodot. 5, 52. *οὖρος δὲ Κιλικίης καὶ τῆς Ἀρμενίης ἐστὶ ποταμὸς νηυσὶ περητὸς, τῷ οὔνομα Εὐφρήτης* et in eodem capite *ποταμοὶ δὲ νηυσὶ περητοὶ τέσσερες διὰ ταύτης ῥέουσι*. Utroque loco codices minime vacillant. — At sunt quaedam adjectiva, quorum vis occulte suggeritur, quaeque a potentialibus tenui modo significationis limite dividuntur. Atqui rei indicium non penitus delitescit. — Aristoph. enim Nub. 327. Strepsiades nubes invocat: *ὦ πολυτίμητοι*, quod „o saepissime veneratae“ nullo vertere possumus pacto, quis enim tam crebro jam nubes adoraverat? Idem valet de loco Pac. 978, ubi Trygaeus pacem: „*ὦ πολυτιμήτη*“ implorat. Formula ceterum erat deos obtestandi: „*ὦ πολυτίμητοι*“ cf. Ran. 326. 340. 401. Equit. 1387. Vesp. 995. Av. 668. etc., unde fiebat, ut vis primaria ita limaretur et obscuraretur, ut in significationem „venerandus“ abiret. Ita et similium usus gliscebat: *πάγκλαυτος, πανδάκρυτος, πολύκλαυτος, πανόδυρτος* etc. — In *ἀξιοθέητος, ἀξιαπήγητος, ἀξιάγαστος, ἀξιέραστος, ἀξιάκουστος* vis potentialis ex adjectivo *ἄξιος* emanat. —

A pronomine compositum est *αὐτεπάγγελτος*. — *αὐτεπάγγελτος οὐδεὶς ἐς τὸν πόλεμον ἐμοὶ ἠθέλησε συμβαλέσθαι χρήματα, ἔξω σεῦ* Herodot. 7, 29. — A praepositione et substantivo orditur *ἐγχειρίθετος*. *τὸν ταῦτα μηχανησάμενον ἐγχειρίθετον παραδῶ* 5, 106. —

§. 2. *A particulis conjugata.* —

I. Ab *α* inducta. — Adjectiva ab hac particula loquelari ordientia prolixe fluunt, fusam autem et abundantem eorum copiam perscrutati animum suspicio primo statim subiit intuitu, omnibus ea insigniri potestatibus. Significationes utique primariae sunt potentialis et passiva, quarum usus par est, ita quidem, ut discrimina inveniri prorsus nequeant, quibus eveniat, ut aliquot alterutro, multa autem utroque praedita sint significatu, ut *ἄθικτος* intactus et intactilis, *ἄελπτος* insperatus et in-

sperabilis, *ἄτρωτος* inviolatus et inviolabilis, *ἄθαπτος* autem *ἄκλητος* passivam, et *ἀνήκεστος ἄτλητος* similia potentialem solam nacta sint vim. Quum potestates, quae in lexicis singulis adscriptae sunt vocabulis, exemplis examinatis comprobare simus coacti, nihilque igitur novi restiterit, quod admoveamus, reduviam curare nobis videamur jam dicta repetentes. Rei autem illius causa in sola ponenda est sermonis consuetudine, atque eodem modo, quo nos ungerufen quidem, sed nunquam unrufbar dicimus, et hac notione usuri eam circuimus, ita et Graeci unrufbar, unbegrabbar non uno exprimere potuerunt vocabulo. cf. II, 3, 2. —

Significatio activa hujus generis non minus fere freqnens est, sed idem de ea, quod de simplicibus eandem vim prae se ferentibus, confitemur. *φωνὰν ἀκούειν ψευδέων ἄγνωστον* Pind. Ol. 6, 113. — *ἀδύνατος, δυνατὸς* inn. Il. *ἀδάκρυτος* Eurip. Hec. 690. — *ἄπαυστος* Aesch. Supp. 82. — *ἀσφάδαστος* Soph. Aj. 884. — *ἀνάλγητος* ibid. 959. — *ἀφόβητος* Oed. tyr. 904. — *ἄψαυστος* ibid. 988. — *ἀνόητος* Herodot. 1, 87. et simil. —

Neque desunt denique hujus ordinis vocabula, quae Participii Fut. Pass. significatu sunt instructa. Eurip. Bacch. 911. Bacchus Pentheo mysteria intueri cupido: *σὲ τὸν πρόθυμον ὄνθ' ἃ μὴ χρεὼν ὁρᾶν — σπεύδοντά τ' ἀσπούδαστα* tu conspicere cupis, quae intueri non fas est, et assequi studes, quae appetere non debes (non appetenda). — Hel. 456. Menelaus, qui naufragus Aegyptum appulerat: *ναυαγὸς ἥκω, ξένος, ἀσύλητον γένος* „homo, quem violare nefas.“ Eodem modo interpretamur Eurip. Iphig. Taur. 1157. verba Thoantis, qui Iphigeniae, statuam deae moventi: *τί τόδε μεταίρεις ἐξ ἀκινήτων βάθρων.*

II. A particula inseparabili *δυς* conjugata solam prae se ferunt potestatem potentialem, ut: *δυςθέατος, δύςλυτος, δυςίατος* et sexcenta ejusdem generis. Duo modo invenimus exempla, quae activo praedita sunt significatu: *δυςάλγητος* Soph. Oed. tyr. 12. qui non facile dolores sentit i. e. durus, torpens; et *δυςβάϋκτος* Aesch. Pers. 575. valde lamentans. — Significatio horum adjectivorum passiva a linguae indole ac natura prorsus abhorret. —

III. Adjectiva, quorum pars prior particula est *εὖ*, activam, passivam, potentialem nanciscuntur intellectum. Soph. Aj. *εὔγνωστος* qui facile cognosci potest. Eurip. Bacch. 868. bene plicatus et *εὔρυτος* Iphig. Aul. 420. bene ruens etc. —

His assumas ab *ἀρι* et *ἐρι* composita, quorum usum, praesertim quum antecedentium numerum consideraveris, pertenuem esse scias. *ἀρίγνωτος* cf. I, 2, 1. *ἀρι-*

ζήλωτος Aristoph. Equit. 1326. invidendus, ἀριδάκρυτος Aesch. Pers. 944. lacrimis obrutus, et epicum ἀριδείκετος. Praeter haec quatuor nullum exstat in literis graecis exemplum. — ἐρίκλαυτος sive ἐρίκλαυστος cf. I, 2, 1. vehementer flens, ἐρίδματος Aesch. Agam. 1472. magnopere domans, ἐρίκλυτος Orph. Argon. 1028. clarissimus, ἐρίσκηπτος Plut. Q. S. 4, 2. valde percussus. ἐρίτμητος Oppian. Cyneg. 4, 106. dissectus. Vocabulum ultimo loco nominatum in lexicis omissum. —

§. 3. *Ab aliis orationis partibus inducta.* —

Ea, quae a numeralibus ordiuntur, passiva praedita sunt potestate. ἡμίφλεκτος Theocr. Id. 2, 133. ἡμιδάϊκτος Oppian. Hal. 2, 287. ἡμιτέλεστος Cyneg. 3, 521. ἡμίθραυστος Anal. 1, 498. ἡμίσπαστος ibid. 2, 89. τρίπαλτος Aesch. Sept. 993. τριέλικτος Anal. 1, 228. Nonn. Dionys. 38, 175. τριςέλικτος Maneth. apotelesm. 1, 197. τρίκλωστος Anal. 2, 10. τριπόθητος ibid. 2, 119. 3, 120. τετραέλικτος ibid. 2, 23. δωδεκάγναμπτος Pind. Ol. 3, 59. μυριόλεκτος Xenoph. Hell. 5, 2, 12. —

Agmen claudant duo a verbis composita activo percussa intellectu: ἀερσιπότητος Nonn. Dionys. 37, 294. ἀεξίφυτος ibid. 47, 68. —

§. 4. Ad calcem libelli quum jam sit decursum, sermo suboriatur de paucis illis, quae a significationibus initio particulae partis alterius tertiae in medio positis dissident. — ἄγευστος αἰὼν κακῶν Soph. Antig. 589. vita, quae mala nondum percepit. — Participii Perf. Act. significatione et haec sunt percussa: ἄπαστος non pransus. Ἀχιλλέα ἄπαστον apud Bionem II. vacill. — διὸ καὶ ὁ τὸ σύνολον οὐ γευσάμενος τροφῆς, κεῖται „ἄσιτος, ἄπαστος Athenae. I, 43. Eadem potestate vox legitur h. Hom. Mercur. 168. οὐδὲ θεοῖσιν — νῶϊ μετ' ἀθανάτοισιν ἀδώρητοι καὶ ἄπαστοι — αὐτοῦ τῇδε μένοντες etc. — His adjicias, quae *Passov.* s. v. affert. — πουλυπλάνητος qui multum vagatus est. Herodotus de Atheniensibus et Lacedaemoniis loquitur et pergit: τὸ μὲν Πελασγικὸν, τὸ δὲ Ἑλληνικὸν ἔθνος καὶ τὸ μὲν οὐδαμῇ κω ἐξεχώρησε· τὸ δὲ πουλυπλάνητον κάρτα I, 56. Alter Pelasgicus populus, alter Hellenicus, et alter quidem nunquam excesserat sedibus, alter vero valde multumque vagatus erat. — ἄπρακτος qui nihil perfecit. — οἵ τ' ἐπίκλητοι εὐπρεπῶς ἄδικοι ἐλθόντες, εὐλόγως ἄπρακτοι ἀπίασι Thucyd. 4, 61. et evocati, qui infesto animo specioso tamen praetextu huc venerunt, re infecta abibunt. — ὁ δὲ κῆρυξ τῶν Ἀθηναίων ἀκούσας ἀπῆλθεν ἄπρακτος Thucyd. 4, 99. Atheniensium caduceator his auditis re infecta discessit. — οἱ μὲν Κορίνθιοι καὶ οἱ ἀπὸ Θρᾴκης πρέσβεις ἄπρακτοι ἀπῆλθον ead. signif. Thucyd. 5, 38. καὶ ἄπρακτοι ἀπῆλθον 5, 56.

ἀγανακτῶν δὲ ὁ μὲν Τισσαφέρνης, ἀπεχώρησεν ἀπ' αὐτῶν δι' ὀργῆς καὶ ἄπρακτος 8, 44. — *φοβούμενοι μὴ ἄπρακτοι ἥκοιεν* Xenoph. Hell. 2, 2, 13. metuentes, ne re infecta reverterentur. — *ἄθυτος* „qui sacra non fecit.“ — *ὥστε ἄθυτος ἀπῆλθεν* Xenoph. Hell. 3, 2, 16. ut, re sacra non peracta, discederet. — *πολύτλητος* qui multum passus est. — *καὶ ψυχὴν καὶ ἔρωτα πολυτλήτοιο Λεάνδρου* intell. *ἀπέσβεσε πικρὸς ἀήτης* Musae. 330. Procella, quae lucernam exstinxit et vitam et amorem rapuit Leandri, qui multum erat passus. Idem vocabulum valet: Tryphiod. 462. et Nonn. Dionys. 7, 40. — *ἀπόσσυτος* profectus Tryphiod. 668. — Participii Fut. Act. vis huic inesse videtur: *ἀγέλαστα πρόςωπα βιαζόμενοι* Aesch. Agam. 803. vultus non risuros i. e. gaudium aspernantes cogentes. — Participii Praes. Pass. potestatem hoc videtur prae se ferre exemplum: *οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν* Eurip. Hipp. 106. nemo deorum, qui nocte adoratur, mihi placet. —



E r r a t a.

Pg. 7. v. 25. punctum post *Schneider* delend. 9, 3. lege afferre pro afferri. 11, 22. *γνωτὰ* pro *γνωτα*. 11, 31. afferend. pro affer. 12, 1. punctum post *Rigler* delend. 13, 4. esset pro erat. 14, 5. paralipomenis pro paralipomensis. 14, 12. violetur pro violatur. 15, 5. *χρυσόδ.* pro *κρυσόδ.* 16, 25. grammaticae pro grammicae. 21, 8. *Ὁ* pro *Ὀ*. 23, 10. *κἀπάτωρ* pro *κ' απάτωρ*. 25, 16. atque pro eorumque. 28, 30. *ἐργαστέον* pro *ἐργαστἐον*. 30, 17. *πολυωπέϊ* pro *ποκυωπἑι*. 30, 22. *δὲ* pro *δ'*. 31, 10. *ἀνθρώποισι* pro *ἄνθρώποισι*. 33, 27. *ἀστράγαλον* pro *ἀσταγαλον*. 37, 13. *ξυμμάχ.* pro *ζυμμάχ.* 46, 30. *σιὸν* pro *σὼν*. 46, 32. *ὁρῶν* pro *ὅρῶν*. 48, 3. *ἀείρας* pro *ἄειρας*. 51, 16. *οὔτ'* pro *οὐτ'*. 61, 6. non deleatur. 66, 21. homo deleatur. 68, 21. faciendum pro ferendum. 69, 14. *ἐστὶν* pro *ἐστιν*. — Sunt praeterea fortasse alia quaedam, quae qua ratione placebit benevolus lector corriget.

Lexicon a *Papeo* compositum sero mihi venit in manus, quam cujus rationem habere potuissem.

